Alia vice apparuit ei dñs Yhs quasi pueru-
lus a natiuitate quinq; q; dixit. Mi dñe, cur i ta-
li etate mihi appares, & puer. Cui rñdit.
Tu mō quinquaginta habes annos, & ego quī-
q;. Primus ānus meus stabit p annis. x. vite tue.
Secūsus vero stabit p vicefimo tuo. Tertius p. xxx.
tuo. Quartus p. xl. tuo. Quintus p. l. tuo. Sicq;
oīa pca tua delebuntur, & āni tui scīficabuntur,
totaq; cōuersatio tua ex mea cōuersatione perfe-
cta erit. Puer itaq; stabat manus suas pspiciens:
& cum super hoc miraretur. Puer respondit. Si-
cut homo manus suas sepius respicit, sic ab in-
fātia vsq; ad diē passionis mee quottidie mortē
meā, i corde meo reuoluebā, & oīa precognoni
que vētura erāt sup me. Per qđ i struebatur, quia
bonum est homini mortem & ea que futura ei
sunt, sepe memorari.

Quod dñm i specie dyaconi vidit.

Ite vidit dñm Yhm stātē iuxta altare in dal-
matica habētē i pectore crucē nimīū presul-
gētē. Tunc illa dixit. Mi dñe dilecte, quare sic
te ostēdis? Et ille iquit. Sicut dyaconus ad altare
mīstrat, sic ego oīa a sacerdote & cum sacerdote
operor, q; i se operat? Et illa. Quid significat crux
quā gestas i pectore? Rñdit. Superior pars crucis
amōrē meū designat, cui hō nil pponere debet.
Inferior veto hūilitatē, qua hō se oī creature de

bet subiicere pp me. Dextera patris, timorē dei i p
speris nō postponere. Sinistra, aduersa pp me pa
tiēter tollerare. Siquis hāc crucē i corde suo per
iugē memoriā gestauerit, hec erit merces laboris
eius, q̄ cū primo aīa eius a corpore exierit, nūsq̄
nisi i corde meo māsiōnē habebit.

De flagello dñi.

Vidit aliqñ dñm Itantē aureū flagellū ma
nu tenētē sibi q̄ minātē. Tūc illa corruit,
in terrā & flagellū dñi amplexabatur. Per
qd̄ dabat Itelligi, qd̄ nō debet cū gratitudine do
na dei suscipere tā p̄spera q̄ aduersa. Dñs autē ele
uāse eā, tunica rubea iduit eā plena forāmbus.
dixitq̄ illi, Sic corpus meū in passione totū erat
vndiq̄ perforatū & doloribus laceratū, vt a plā
ta pedis vsq̄ ad verticē, nō esset i me uestigiū sa
nitatis. In hoc prefigurabatur qd̄ molestia in fir
mitatis eā i breui erat oppressura. Vidit et̄ dñm
aureū calicē retro se tenētem. Per quē Itellexit, q̄
dulcedinē, quā deus aīe ifufurus est, nec dū videt
neq̄ gustat, sed est in deo abscondita, a quo bo
na cuncta procedunt.

De consolatione eius

Hanc dei famulā diabolus valdē ac sepe tē
ptariōibus ifestabat, sicut quoscūq̄ deo
deuotos solitus ē molestare. Cōtigit itaq̄
die quadā, vt deus suā grām eidē participas
set, & magnū bonū aīe eius fecisset, cū i eius pre
sentia esset, affuit tēptator imittēs cordi eius ti

more illū & tristitiā, qđ donū istud nō esset a deo
Cū autē nimis affligeretur, corruit ad pedes dñi
yhu, & cōquereretur infidelitatē cordis sui dicēs.
Ecce dñe mi hoc donū offerro tibi ad eternā lau
dē & gl'iā, orās vt si donū hoc, nō ē ex te, nūq̄ am
plius det̄ mihi, quia oī dulcedine & cōsolatione
pp te libētissime carebo, quā dñs vocans pprio
noīe ait. Mi dilecta Methildis noli timere, ego
iuro tibi p veritatē mee diuinitatis, q̄ timor &
tristitia h, tibi nō nocebūt, sed magis scificabūt
& ad grām meā te pparabūt. Et si hec cordis tui
gaudiū nō tēperaret, cor tuum nimia affluētia
dulcedinis dissolui oporteret. Noli mirari si te
cogitationes ipugnāt, cū sis ī mea presentia qm̄
& dyabolus me temptabat, cum propter te pen
derem in cruce.

Quall̄ deus aīam ī morte sustētat.
Lia vice cū nimis esset turbata, ad dñm
cōfugit fidelissimū adiutorem. Cōtinuo
apparnit ei xp̄sq̄ si iuuēculus speciosissimus du
ces eā ad altare, in quo agnouit, qđ dñs plocu
tor eius esse voluit apud p̄rem suū p negligētis
eius & cōmissis, dedit ē baculū illi ad sustētādū,
qui nō habebat capitellū, quo posset sustentari.
Baculis vero ille humāitatē dñi yhu figurabat,
At illa mirabatur cur capitello careret. Et ait dñs
ad eā. Ego volo manū meā ponere sup illū, vt in
de sustētetur. Cū ergo solaciū in merore dederō,
scias q̄ ī manu mea requiescis, sed cū nō sentis

C 10

cōsolationē, scias qđ manū subtraxi, & tunc fide
li corde mihi adhereris.

C ii

De desiderio, qđ habuit ad cōicandū.

Dile quadā volēs cōfiteri, sed cōfessorē nō
habēs, multū tristabatur, eo qđ corpus
dñi icōfessa sumere nō auderet. Tunc in
ofone cepit amaritudine cōqueri deo sūmo sa-
cerdoti negligentias & culpas suas. Qui dabat
certitudinē ei de remissione oīum pctōrum. De
quo grās agēs dixit ad dñm. O dulcissime deus,
quō nunc est circa pctā mea? Qui respondit. Si-
cut cū rex prepotēs vēturus est ī aliqđ hospitii,
domus velociter mundatur, ne aliquid ibi ap-
pareat, qđ oculos eius offendat, sed cū tā ppe sit,
qđ imundicie nō possint foras eici, ī angulū colli-
guntur, vt postmodū inde piciātur. Sic cū inte-
grā volūtātē & desiderii cōfiteđi habes pctā, nec
postmodū iterādi, oīa sic corā me delētur, qđ eo-
rū amplius nō recordabor, licet postmodū per
confessionem retractētur. Voluntas autē & desi-
deriū, qđ habes & studiū euitādi pctā ī quātum
scis & potes, est quasi vinculū īseparabile, qđ te
mihi astringit & copulat federe īdissolubilis vnio-
nis. Sed cū adhuc variis cogitationibus hesita-
ret reputās se idignā accedere ad imperiale cōui-
uiū regis angelonū, cogitās quasi īparata nec cō-
fessa tā magnificū perciperet donū, īsup ēt spem
& cōsolationem sibimet ingereret. Ait illi dñs.
Cogita qđ oē desiderium, qđ vnquā aliquis ad

mehabuit, a me illi inspiratus est, & ois scriptura
& scōrū eloquia, a spū meo effluerunt & effluēt
sine fine. In hoc cognouit, quia & hō desiderū,
qd̄ hēbat, vt sumeret corpus xp̄i, a spū scō sibi
celitus inspiratū esse. Acceptaq; fiducia ī tātū cor
eius cōfirmatū est, vt sibi videretur nullo mō ab
hoc desiderio posse reuocari. Cū autē sic esset cō/
fortata, auditit choros angelorū ī celo cū letitia
personare, cōfirmatū est cor virginis, & sic acces/
sit ad cōiuuiū excellētissimū corporis & sangui/
nis dñi yhu. Tūc audiuit ip̄m dicētē. Vis agno/
scere, quō ego sum ī aīa tua? At illa se idignā esti/
mās, sed tamē nil volebat, quā dei voluntatem.
Tūc vidit ex mēbris suis splēdorē mirificū egre/
di tāquā solis radios, per quē agnouit dīne gra/
tie operationem in se & bonitatis dei gratiose
precipuum indicium.

L 12

A Quod amor oīa eius neglecta cōplet.
Alia vice cū tēpus sibi a deo cōcessū iutili/
expēssū ī amaritudine cordis sui recogita/
ret, & dōa dei, vt īgrata absq; fructu cōsumpsisse
rememoraret. Dixit ad eā amor, ne turberis. Ecce
ego oīa debita tua recuperabo & cūcta neglecta
p̄ te supplebo, & cū hoc donū sibi magnū vide/
retur, tamē nō poterat inde cōsolari pre nimie/
tate metoris, eo q̄ tāta bona amisisset, & dñm
amatorē suū, q̄ tā innumera bōa ip̄i cōtulit, tam
ardēter nō amasset, & tā īfidelis ei extitisset, qui
sibi & oībus fidelissimus est. Cui dñs. Si mihi p/

secte fidelis es, tūc multo carius tibi sit vt amor
meus neglecta tua pro te suppleat, quā tu, vt
ipse ex hoc laudē habeat & honorem.

Quo dei dñs amorē i mrem cōmēdauit.

C 13
Vice quadā circumdedit eā amor vestimē
to solaris luminis, & accesserūt ambo vi-
delicet amor & aīa, & stabāt i xpī presen-
tia tāquā virgines pulcherrime. Aīa vero mul-
tū affectabat ppitis accedere, qā quāuis illam
iperialē faciē cōtēplaretur, nō tamen illi sufficie-
bat. Tunc amor assumens aīam, duxit ad dñm.
Illa vero reclinauit se ad vulnus mellisui cordis
saluatoris sui vnici, hauriēs i de pocula oīs dul-
cedis & suauitatis plenissima, ibiq; oīs amaritū-
tū eius versa est i dulcedinē, & timor eius muta-
tus ē i securitatē. Ibi ē de corde xpī suauissimo,
exsuxit dulcissimū fructū, quē assumēs de corde
dei in os suū posuit. Per qđ significabat illa eter-
na laus, quē de corde dei pcedit, qā oīs laus, q
ipse laudatur, effluit ab illo, qui est principiu &
finis oīs boni. Deinde aliū assumpsit fructum. E-
grarū actionē, qā nihil pōt aīa a se ipsa nisi pre-
ueniatur a deo. Et ait dñs ad eā. Adhuc p oībus
vnū a te fructū desidero. s. vt oē cordis tui delecta-
mētū i me solum effundas. Tunc illa. O amator
vnice, quō possum hoc facere? Qui rōdit. Amor
meus i te pficiet. Tunc illa ex nimio affectu gra-
titudinis dixit. Eia, eia, amor, amor, amor. Et
dñs. Tu mrem tuā nominabis minue, & amor

meus erit mater tua, & sicut filii fugunt matres
tuas, sic & tu ab ea fugens internam consolationem
& suauitatem inenarrabilem, & illa te cibabit, & por-
tabit ac vestiet, & in omnibus necessitatibus tuis ve-
luti matrem filiam suam unicam percurabit.

Quasi unum cum dilecto est effecta.

c 14

Ite cum in osone seruati corde dilectum anime sue de-
sideraret, subito diuina virtus animam eius tan-
tum sibi attraxit, ut videretur sibi ad latus domini
se consedere. Dominus vero animam cordi suo per dulcem am-
plexum imprimens tam habundante sua gratia eam perfudit & re-
pleuit, ut videretur sibi de omnibus membris suis tan-
quam riuulus effluere in omnes seors, ita ut omnes nouo &
spirituali gaudio perfusi corda sua velut lapides per-
lucidas in manibus teneret repletas dono illo, quod
deus anime infuderat, & cum magna gratitudi-
ne & letitia domino pro anima illa gratias re-
ferebant. Deinde vidit in corde dei, quasi vir-
ginem pulcherrimam habentem anulum in
manu, in quo erat lapis adamas, cum quo si-
ne intermissione cor dei tangebatur. Anima ve-
ro interrogabat virginem, cur sic cor dei tange-
ret? Que respondit. Ego sum amor diuinus, &
hic lapis Ade culpam designat. Et sicut adamas
absque sanguine scindi non potest, sic Ade culpa
sine humilitate & sanguine christi dissolui non
poterat. Stetit enim ut Adam peccauit, ego me
intromisi, & culpam illam totam intercepi, sic
que dei cor incessanter tangendo & ad pietatem

21
monēdo, ipm̄ quiescere nō pmisi, donec in mo-
mēto filiū dei de corde p̄fis i sinu deposui virgi-
nis m̄ris. Deinde filiū dei in presepio p̄anis iuo-
lutū reclinaui, ex hinc i egyptū deduxi. Post hoc
ad oīa, que p̄ hoīe fecit & sustinuit, ipm̄ iclinaui,
donec patibulo crucis eū affixi, vbi oēm dei
p̄fis irā mitigauī, & hoīem deo amoris federe in
dissolubili copulaui. Et aīa. Dic queso, quid i oī-
bus, que p̄ nobis pertulit dñs nr̄ yhs xp̄s maxi-
me doluit? Amor̄ respōdit. Quod i cruce tētus
fuit, ita vt oīa eius mēbra dinumerari possent.
Quicunq; p̄ hoc dolore illi gr̄a segerit, ita gra-
tū obsequiū ei prestat, ac si oīa vulnera eius vn-
guēto suauissimo deliniret. Sigs̄ et p̄ siti q̄ i cru-
ce hoīum sitiebat salutem, gr̄a segerit, ac si eius
siti refrigeraret, acceptabit. Qui vero illi gr̄a a-
git, q̄ clavis i cruce cōfixus pepēdit, tā gratū illi
erit, ac si eū d; cruce & oībus p̄is solueret. Dixitq;
iterū amor ad aīam. Intra i gaudiū dñi tui. In
hoc totalr̄ i deū rapta est, vt sicut aque stilla i fu-
sa vino tota i vinū mutatur, ita hec br̄a i deū trā-
siens vnus cū eo sp̄s est effecta. In hac vnione
aīa i se ad nihil abatur, sed deuseā cōfortās ait il-
li. Oīa quecūq; hō capere pōt, tibi i fundā, & i qua-
tū hoī possibile est, dona mea i te multiplicabo.
Et amor ait, hic q̄sce p̄ansans in corde dilecto-
ris tui, ne i quieteris i p̄peris. Hic quiesce i reme-
moratione beneficiorum dilecti, ne vnquā in-
quieten̄ s in aduersis.

Quod

Quod deus aiam efficit virtutibus adornant.

C 15

Quadam die dñi legeret psalmus. Laudate dominum de celis, in illo verbo. Et aque que sup celos sunt laudēt nōmē domini. dixit ad dominum. O domine, que sunt aque ille, de qbus hoc canitur? Respondit. Omnes lachryme sanctorū, quas unq̄ ex amore siue deuotione, siue cōpassiōe, seu cōtritione effuderūt. Et statim vidit aquā limpidissimā, designantē lachrymas sc̄torū, cuius fundus erat ex auro purissimo, habēs pro arena margaritas & gēmas preciosas, designātes diuersas sc̄torū virtutes, in qbus se in terris exercuerāt. In orationibus, vigiliis ieiuniis & aliis operibus virtuosis. Erat et multitudo pisciū in ipsa aqua ludentium & se agitantium. Per quod significabātur desideria, que aiam ad deum agitant, & suspiria & plāctus, qbus aia dñm allicit ad se. Sancti enim in celo virtutes suas & quilibet bona opa sua in deo cōreplantur ad augmētum gaudiorū & delectamētū cordis eorū, licet virtutibus suis quilibet in se ipso decoretur. Post hec domino cōquesta est, q̄ diem desponsationis sue tā deuote nō celebrasset, nec in tāta fidelitate sibi adhefisset, vt sponsam sponso vnico decuisset. Tunc induit eā dominus yhs veste virtutū suarū perfectissimarū, iponens capiti eius dyadema aureū, & cū āplexibus itime charitatis & brachio nudo circumdedit ipsam. Cum vero anima de

K

hoc miraretur, dixit ad eam dominus. Quia in
ter me & te nulla est oīno obscuritas, & omnīū
misteriorū meorū te nihil celabo. Vidit ēt mil-
lia milliū angelorū cū reuerētia stātiū añ regē su-
um, & ait dominus ad aīam. Ecce hos oēs tibi
do, vt tibi famulentur. At illa desiderabat, vt oē
ministeriū, qđ sibi ipenderēt, ad laudē & gloriā
sui vnici amatoris exhiberēt. Stātiēgo vidit de
singulis angelorum cordibus tubas pcedere ad
cor dei, & ira dulce canticū personare, vt nullus
valeat enarrare. Post hec cor christi aperiebat
ē, & ipse intravit eā, cōcludens eā in se ipso, ita
dicēs ei. Superior pars cordis mei erit tibi sua-
uitas diuini spiritus, que iugiter in aīam tuam
stillabit, ad quam anhelāti desiderio oculos ele-
ues & os aperias attrahendo diuine grē dulcedi-
nem, sicut dicitur in psalmo. Os meū aperui &
attraxi spiritū. In īferiori parte inuenies thesau-
rū oīum bonorū & desiderabiliū copiā supafflu-
entē. In parte oriētali reperies lumē vere cogni-
tiōis ad ītelligendā & pficiēdam oēm meā volū-
tatē. In australi parte videbis paradīsum eterna-
rū deliciarū, & ibi mecū semp eris in mēsa, & sta-
tim vidit mēsam positā & mēsale candidissimū
suppositū. Per mēsam significabā largitas. Per
mēsale pietas. Ad hanc mēsam dominus se-
debat, & aīa cū letitia ministrabat, & multa ser-
cula. s. diuersa dei dona ipsi preponebat. Quo-
mens enim gratiarū actiones diuine retulit lar-

gitati, pro singulis donis & innumeris beneficiis suis, totiens ei ferula apponebat. Dixitque ad dominum. Quid dilecte mi tibi propino, cum pro amicis tuis oro? Qui respondit. Vinum mihi propinas nobilissimum, quod letificat cor meum. Et anima. Quod propino tibi, cum pro peccatoribus orauero? Respondit. Merum propinas mihi dulcissimum superans mel & fauam, cum pro meis oras inimicis, qui sunt in statu damnationis, ut ad meliora uertantur. Et anima. Quid tibi propino cum pro animabus oro? Respondit. Vinum quod etiam inuidum facit cor meum, cum oras pro his, qui in mea sunt benignoentia, ut citius a penis eruantur. Tunc ait anima o amantissime quam feruenti desiderio nunc cor meum tibi offerre cupio. Qui statim accipiens eius coram manibus suis, odorauit illud tanquam rosam suaviter redolentem. Cui anima. Quid fragras in eo, in quo nihil est boni? Et dominus. Cum ego sum in anima tua, mei ipsius suauitas redolet in te. Post hec dixit ad illam. In occidentali parte est longitudo dierum. Pax eterna & gaudium sine fine manent. In parte australi recipies ad eam eternam securitatem, contra omnes aduersarios tuos, quod nullus aduersum te amplius preualebit.

Quod deus cor suum dedit sibi in pignus.

Item in quodam parascene domini sacerdos crucem ex more sepelliret, deuota hec uirgo ait ad dominum. O ale mee precordialis dilecte,

vinā nunc aīa mea eſſet eburna, vt in ea te de
centiſſime ſepellirē. Cui dominus. Et ego te in
me ſepeliā, ero quoq; ſupra te ſpes & gaudiū de
oīs te intrate vita viuificās & ſagina letificās &
in pignās aīam tuam, a dextris tuis ero laus per
ficiēs oīa opera tua. A ſiniſtris vero reclinator tū
autē ſuſtētans in tribulatiōib; iſra te quoq;
firmamentū tenēs aīam tuā. Deinde feria quate
ta poſt paſcha, cum imponeret miſſam. Veni
ſē benedicti, ineffabili & inuſitata quadā reple
batur letitia, dixitq; ad dominum. O ſi vna
eſſem de his nimium benedictis, qui hāc tuam
dulciſſimam audituri ſunt vocem. Dominus
Reſpondit. Etiā pro certo ſcias, daboq; tibi cor
meū in pignus, quod tecum ſemper habeas, &
in die illa cum hoc deſideriū tuū cōpleuero, in
teſtimonium mihi illud reſignes. Do etiā tibi
cor meū in domum refugii, vt in hora deſun
ctiōnis tue, nullā viā preter quā in cor meum
proprie pauſatura declines. Hoc domini vnū
exprimitis donorū dei erat, cepitq; tunc mira
deuotiōe circa diuinū cor domini Yhu affici,
& ſere quotieſcūq; dominus ſibi apparebat, ali
quod ſpeciale donum a corde eius accipiebat
ſicut patet in multis locis libri huius. Sic etiam
iſta ſepe ſolebat dicere. Si omnia ſcribi debe
rent, quae a benigniſſimo dei corde mihi colla
ta ſunt bona, matutinalis libri excederēt quan
titatem.

Qualiter dominus Yhs laudem pro
ca deo patri exposuit.

C17

Die quadam, cū post susceptionē sacratissimī corporis xpi gr̄as deo ageret, ac ipsum dei filiū Yhm aīe amantis sp̄sūm floridum exoraret, vt ipse pro tanto & tam ineffabili dono in se sibi collato laudes amatorias p̄soluere deo patri dignaretur. Vidit ipsum proxius patri celesti reuerēter astantem, & his verbis ipsum dignissime extollentē. Cetus in excelsis te laudat cœlicus omnis & mortalis homo & cuncta creata simul. Vnde per hec verba. Cetus in excelsis, intellexit dominū irrahēre sibi cōcordiā vnīuersę laudis celestium. Per illud vero. Et mortalis homo, simul in se cōiungere oīum mortalium itentionē, ac p̄ illud. Et cūcta creata simul, totius creature essentiā etiā in se ipso ad laudem dei patris cōadūnare, & sic ex parte oīum celestium terrestrium & infernorum pro ipsa laudē ī cōspectu dei patris p̄sonare. De hinc illa innixa supra pectus dilecti sui, audiuit in intimis diuinis cordis, quasi tres pulsus personātes. Quod illa multū admirās cū scire cuperet, qd per tales pulsus notaretur. Respondit. Tres isti pulsus, tria denotant verba, qbus aīam alloquor amātem. Primum est, veni secedēdo ab omnibus creaturis. Secundum est itra videlicet fidenter tanq̄ sp̄sola. Tertium est thalamū. i. cor diuinū. Per hec verba intellexit, quod dominus primo euocat quēsi

X iii

bet delecti ab oi creatura, ita vt oibus delectamē
tis, que in aliqua potest iuenire creatura, libera
& plena volūrate abrenunciās, ipsi solo domi
no deo suo tota deuotiōe vacet. De hinc suadet
dominus cōfidentia, vt. *Electus* q̄sq̄ tāq̄ spon
sa, que nullā oīno veretur repulsam, fiducialiter
sēmp accedat & intrat thalamū cordis sui diuini,
in quo habūdat & superhabūdat copia totius
delectationis & beatitudinis, quā vnq̄ cor hū
mā poterit exoptare. Tūc illa vehementi deside
rio desiderabat, vt aliquē sonū siue motū merere
tur percipere vocis filii dei, qua intonare solet lau
des deo patri. Cui dñs ait. *Vox mea est proua
sentia diuine voluntatis mee, nā oīa sola diu
ina volūrate facta sunt & reguntur, & oīs sancto
rum laus, gaudium & beatitudo, solo meo na
tu incitantur.*

Quod cordū i similitudinē lapadis vsū est.

IN missa quadam, dum cogitationibus di
uersis impediētibus, fructiōe diuina frustrare
tur, mediatricē dei & hominū virginē mari
am exorabat, vt sibi p̄sentiā filii sui dilecti obti
neret, cuius iteruētū, vt credimus, cōspexit regē
glorie dñm Yhm in solio sublimato ac cristalli
na puritate p̄spicuo residentē. Ex cuius solii an
terioribus ptibus, duo riuuli eximie puritatis
aspectu delectabiles p̄grediebantur, quos intel
lexit esse gratiam remissionis peccatorū ac spi
ritualis cōsolatiōis, que in missa q̄libet ex virtute

re diuine presentie specialius ac facilius largitur. Circa oblatione vero hostie benedictę exurgens dominus a solo illo videbatur cor suum sanctissimū ad istar lapadis plucide plenissime & superhabundantis ppriis manibus eleuare. Que lapis ex omnium parte circūquaq; tanto impetu superfluebat, q; magne gutte ex ipsa superfluitiōe resaliebāt, nec tamē lapadis plenitudo aliquatēus minui videbatur. Per quod intelligi dabatur, q; quamuis de plenitudine cordis xpi oibus sufficientissime gra ministratur scōsū cumlibet capacitatē, tamē in se ipso habundantissime redundat oī beatitudine, nec aliqua vnq; parte patitur detrimentū. Vidit insuper corda oīum presentū quasi funiculis quibusdā ī specie lapadū cordi dominico annexa, quorū qdam erecta & quasi oleo plena videbantur ardere, quedam vero quasi vacua dependebant circūuersa. Vnde intellexit per lapades ardentēs & erectas illorū designari corda, qui cū deuotiōe & desiderio misse interessent. Per lapades vero depēdentes, corū corda, q negligebant p deuotionē eleuari. Tūc illa magno exoptabat desiderio, vt cor suū diuino cordi totaliter infunderetur, & statū cognouit illud quasi de medio aliorū eleuari & in similitudine piscis ītergi cordi diuino. Post hec mutatū vidit cor diuinū in domū pulcherrimā, in qua quattuor virgines pulcherrimas aspexit. i. quattuor virtutes

I. humilitatē, patientiā, mansuetudinē & chari-
 tatē, q̄ in viridi vestitu sicut sepinus apparebant,
 quod dum miraretur, dñs ait. Quia charitas
 multos aridos truncos. i. peccatores virtute sua
 facit virefcere, & ad fructū bonorū operū resfore-
 re, ergo iustissime in viridi demonstratur. Et adie-
 cit dominus. Hanc virgini familiaritatibus re-
 aptare studeas & aicitus, si desideras in hac do-
 mo mecum manere, & p̄ntie mee fruitionē habe-
 re, verbi ḡsa. Cū vanitas cortusū dissoluit, recov-
 le illius charitatis virtutē, q̄ me de accubitu pa-
 terni sinus vtero virginali inclinavit, & vilibus
 panniculis involutum in p̄sepe reclinavit,
 multosq; labores in p̄dicādo perferre coegit, &
 postremo amarissima & turpissima morte itere
 mit. Tāhū recordatio oīum vanitatem a corde
 tuo penitus remouebit. Similiter cum superbia
 te iſteſtat, memorate humilitatis mee, q̄ nūq̄ vel
 ī mīmo cogitatu verbo seu aliquo ope sup̄bitur,
 sed exēplū p̄fectissime hūilitatis in oībus factis
 meis exhibui, & sic vincas superbiā humilitate.
 Cū verō īpatiētia te moleſtat, memēto patienti-
 e mee, quā habui ī paup̄tate, ī fame & ī siti, in
 discurredo, ī iniuriis, ī cōtumeliis & maxime in
 morte. Et si iſteſtat ira, recordare, māſue-
 tudinis mee, quia cū his, q̄ odent pacē, etiā pa-
 cificus & māſuetus, in tātū q̄ etiam crucifixori-
 bus meis, q̄ cū tot crudelitatū genera ī me exer-
 cuiſſent vt nihil ſuperaddere amplius poſſent.

adhuc p̄ timore furor, stridebāt sup me dētibus,
cū tanta cordis dulcedine veniam ipetrās p̄rem
ris placavi, ac si nūq̄ mihi cōtrarii extitissent, &
sic poteris cūcta vitia virtutibus superare. Post
hec, semel cū cōgregatio cuidam funeri p̄cessio
naliter obuiaret, hec enim dei ancilla vidēs cā
pi planitiē, multum sibi complacuit. Et dixit ad
dñm. Mi dñe qd in hoc deliqui, qd me circūspi
ciēdo sic ī spatiositate cāpi delectabar? Respon
dit, Cōtra obediētiā fecisti & mihi nō itendisti,
insup p̄ aīa defuncti orare neglexisti. Et illa. Do
ce me amātissime yhu, qualiter de cetero si conti
gerit exire faciamus? Respōdit. Dū primo a cho
ro exitis, legite illū versiculū. Deduc me dñe in
via tua, & ingrediari veritate tua, letet cor meū,
vt timeat nomē tuū. Sicq̄ ī timore meo exeat,
accipiētes me ī sociū itineris, quasi baculū vñ
sustētemini, & sic egrediētes domos & ip̄am viā
oīaq̄ vobis occurrētia cū dextera mea benedica
tis, eruntq̄ ex hoc benedicta. Cū enim hō vanā
habuit letitiā, semp̄ enim cor eius postmodū ag
grauatur. Qui vero timorē meū habuerit, nō cō
tristabitur, sed verā letitiā obtinebit. Dehinc cū
funeri appropinquatis, recolere potestis proces
sionē illā, qua ī die iudicii oēs resurgēdo cū cor
poribus suis mihi occurrēt, & ego cū ineffabili
gloria & maiestate stipatus oīum angelorum &
sctōrū multitudine illis obuiabo. Orabitis ēt p̄
aīa defuncti, vt si in p̄nis est, citius absoluator,

aut sit impedimēto alicui a me amoveat, ab hoc liberetur, mihi scīsq; meis citius cōiungatur, & fiat dignus gl̄ificatōis future, vt cū letitia & gl̄ia ī die illa tremēda mihi presenteretur.

Quod aīa ī corde dei nidificet.

C 19

Alia vice post cōionē sc̄tām dixit ad eam dñs. Ego ī te & tu es ī meī oīpotētia mea sicut piscis in aqua. Et illa. O mi dñe, pisces sepe de aqua trahunt, & quid si ita mihi cōtingat? Respondit. Nō poteris extrahi a me, sed nidificabis ī corde meo diuino. Et illa. Quid erit fructus meus? Respondit. Humilitas ī oī dono & gr̄a tibi a me collata, semper ī abyssum vere hūilitatis te īmerge. Et aīa. Sicut pisces ī aqua fructificant, & quid erit meus fructus? Respondit. Quando me celesti patri offers in gaudium & gloriam omnibus sanctis, tunc eorum gaudia & munera sic augmētātur, ac si ipsi corporaliter me susceperint ī terris, & hic est fructus tuus.

De cruce & serica veste.

C 20

Rapta quādoq; ī spiritu vidit se ī domo quadā mire pulchritudīs existētē, quā bene cor xp̄i esse recognovit, & p̄cides ī terrā inuenit crucē magnā in ipso pavimēto, sup quā aīa coruebat, & ecce de medio crucis, aureū iaculū acutū exibat, & ipsam aīam pertransibat, & audiuit dñm sibi dicētē. Oīs terrena substantia vnā aīam letificare nō posset, sed tota eius salus sūmaq; gl̄ia ī penis & tribulatione cōsistit.

Aia vero multum cepit tristari & anxiam, eo qd
 vnus sibi dilectū licet audiret, minime tamē vi
 deret. Cumq; magno desiderio ipm exquireret,
 apparuit ei cōtinuo stās ante ipsam ī veste serica
 & rubea, & apprehēdēs manū eius, ipsam dulcis
 sime est allocutus, aia autē sentiēs nimiam molli
 tiē & lenitatē vestimenti eius, cogitare cepit, qd
 per hoc designari posset? Cui dñs respondit. Si
 cut serica vestis lenis & mollis est, sic oīs pena &
 tribulatio aīe deī vere amanti est suavis. Et aia.
 Hoc in principio pene ira est, cū ī affectu nimio
 aia ipsam attigerit, sed cū pena iualuerit, valde
 gravis illi erit? Ad quā dñs respondit. Verū est.
 Sed sicut serica vestis cū auto & lapidibus pre
 ciosis ornatur, nequaquā ppter grauedinē pit
 citur aut detestatur, sed ex hoc nobilitatur & ca
 rior habetur, ita fidelis aia propter acerbitatē ip
 sam nō recusabit, quia oēs virtutes eius ex hoc
 nobilitantur & omne meritū eius exinde in in
 finitum cumulatur.

De multiplici penā eius.

Secundū multitudinē cōsolationis & dulce
 dinis dei in aia diligētis se, et dolores & infir
 mitates ipsius multiplicat, sicut ī hac fidei
 aia sepius exprimitur. Nā vice quodā amplius
 quā p mēsem grauissima capitis infirmitate labo
 rabat, ex qua nec somnū aut aliā requiē aliquā
 hāse poterat. Insuper oēm grām & dulcedinē affue
 rit, deiq; visitationē amiserat, ita vt sepe hī sepe q

regularetur, qđ nec dulcē de deo habere posset cogitationē, ac per hoc in tāta deuenit tristitiā, vt quādoq; miserabiliter post deū amatorē suū clamaret, qđ p̄teritiā domū sonus audiebatur. Sed cū ī hac desolatione plus quā septē dies mansisset, benignissimus dñs, qui semper iuxta est his, qui tribulato sunt corde, tā affluētī consolationē & dulcedine ipsam perfudit, vt sepe a matutinis vsq; ad primā, & a primā vsq; ad nonam clausis oculis velut mortua ī dei fructōe iaceret. In quo spatio piūssimus dñs mira secretorū suorū illi reuelabat, ac dulcedine sue presentie ī tātum letificabat, vt velut ebria vltra se cōtinere nō valēs internā illā grām, quā añ tot annos celauerat, cūctis ad se veniētibus ēt hospitiibus & alienis confunderet. Vnde plurimi legationē suā ad deū ipsi cōmittebāt. Quibus singulis put sibi dñs diḡnabatur oñdere, desideria cordis eorū intinabat, ac per hoc plurimi letificati deo gr̄as retulerunt. Vnde aīa eius ī dīnitate vacabat, sicut piscis ī aqua & avis in aere. Superuenit autē, vt sibi videbarur factus Petrus admirans valde qđ dñs maiestatis tāta dignatione se aīe inclinabat. Cui dñs respōdit. Quid miraris petre? Nescis quia primi & vltimi filii sunt charissimi. Vos discipuli primogeniti mei fuistis, quibus oēm benivolentiā meā exhibui, & oē qđ voluistis s̄m desideria vestra ī me habuistis. Post hec orās pro cōgregatione audiuit sonū dulcissimū īfirmamē

to celi resonare, & ex sonitu disciplinatis, quas illa hora sorores pro cōmuni salute receperunt, ad cuius sonitus clāgorē scī angeli plaudētes saltabāt, demones aīas cruciātes procul fugiebāt, anime laxabantur a penis, & cathene reatus eorum rumpebantur.

Quali i vulneribus xpi pausavit.

C 22

Alia quoq; nocte dñs ex capitis dolore nullā posset habere requiē, orabat dñm, vt saltē vnū foramē sibi mōstraret, i quo requiē iueniret. Qui ostendit ei quattuor foramina vulnerū suonū precipiēs eā eligere, in quo illorū vellet habitare. At illa nolēs eligere, dñe cōmittit pietati, vt sibi daret, qđ ipse vellet. Tūc oñdit ei vulnus cordis sui dulcissimi dicēs. Huc intra vt pāses. Que statī cū gaudio intrauit cor dei, Visū sibi est rot cervicalia serica se habere, quot iētus dolorū, tunc sensit capiti suo aduenire. Et ait dñs. Bombices sericū nēt, & de me scriptum est. Ego sum vermis, & nō hō. Hucusq; i laboribus mihi deuote seruisti, ā modo i virtutū exercitiis exēplo meo perlatis mihi seruire studebis, que tibi fuerint iportabilia, ego ea tecū ferā.

Quomodo omnibus sanctis de fōte misericordie propinauit.

C 23

Alia iterū nocte, requisit dñm, quo illoco disponeret pernoctare? Qui respōdit. Ad radicē deserti huius mōtis, & vidit fōtē misericordie ibi, & i eo argētā scutellā dicēs.

Hunc fontem oibus & singulis propina secun-
dū tue beneplacitū volūtatīs. Ad quē illa. Obse-
cro mi dñe, tu vicē meā supplē, quia minus ido-
nea sum ad hoc opus, cū sim debilis & infirma.
Tunc scī angeli vice eius accedētes ex fonte illo
ppinabāt, primo gloriose virgini Marię in au-
gmētū totius bñitudīs sue. Que dū biberet, sin-
gule guttule tā mire suauitatis intra guttur eius
dabāt resonātiā, qđ oēs illius brē hierusalē ciues
noua exultatione iubilabāt. Deinde ppinabant
pfiarchis, pphetis, apostolis, martyribus, cōfes-
soribus, virginibus, viduis, cōiugatis, & omni-
bus celi ciuibus, qui oēs simili modo ex eo bibe-
bant, & singule guttule in dei laudē suauissimū
sonū clāgebāt. Dehinc a predicto fonte militā-
ri ecclesie ēt pplabāt. Et primo dño apostolico,
cardinalibus, archiepiscopis, episcopis & qui-
buscūq; religiosis. Post hec imperatori, regibus,
principibus, postremo oibus ī terra viuētib;
& similiter animabus purgādis. Oēs qđ ex eo
bibeāt, sed nō oēs sonoritatē & suauitatē sēte-
bāt, quā triumphās habebat ecclesia.

De fonte misericordie.

24
S Equēti nocte iterū ī spū ad prefatū fontē mi-
sericordie reducta vidit ex eodem fonte per
maximā venā humilis gratitudinis ebulli-
re, & ipsam venā p cor Yhu xpi purissime ī eun-
dē fontē refruere. Quod sane ita itelligēdū est.
Quoniā varia sūt dona dei, & nō oēs hoīes eā

de habet gratiam, quia diuisiones donorum sunt,
vniuersusque dono sibi a deo collato sollicite inten-
dat, & cum gratitudinem in deum refundat, estimans se
omni bono esse ipsa vita indignum, & in abiectio-
ne sui semper dicat. Minor sum Iesu bone cunctis misera-
tionibus tuis, nec quicquam boni sibi amplius de-
sideret, nisi quantum ad dei laudem, & omnia que sibi en-
nerint siue leta, siue tristia, ex nimia charitate a
deo sibi esse donata certissime sciat, & sic cum gra-
tiam actione in unione gratitudinis Iesu christi, quasi
per sanctissimum eorum eius in suam originem omnia dona dei re-
fundat, sicut hec ancilla christi fecit. Unde pro eo se-
pius caput doluit, quia statim ut sensit se aliquid
preualere, in spirituali exercitatione, tantum laborabat,
quod eam corpore deficere oportebat.

De amplexu domini.

Alia vice cum deo in infirmitate querularetur,
quod choram intrare & alia bona opera facere
non posset. Visum est sibi quasi dominus se in le-
tulum iuxta eam reclinaret, sinistro eam brachio am-
plexens, ita ut vulnus cordis eius dulcissimi suo
cordi iungeretur. Et ait illi. Cum infirmaris, sinistra
te circumplector, & cum sana es, dextera te amplexor.
Sed hoc scias, quod cum sinistra mea amplecteris,
multo vicinius tibi cor meum sociatur.

Qualiter homo cor suum preparet.

Sabbato quodam cum (Salve sancta parens.)
cantaretur, dixit ad dominum. O si nunc
amore tuo amantissime deus reuerendissimi

matrem matrem tuam laudibus attollere & mir-
neribus regis tantum honorare possem, quãtũ
vnq̃ regina aliqua potuit venerari, mox domi-
nus inuit duobus angelis quasi aliquid sibi de-
ferre deberet. Qui eũtes quasi albũ sacculũ corã
deo attulerũt, in quo eius bona opa erãt recõdi-
ta, a quo dñs inter alia encenia etiã aureã crucẽ
tulit, p̃ quã penalitas anime illius significaba-
tur, & aia dixit ad dominũ. Eia p̃tecordialis dile-
cte mi. Vtinã de corde meo delectabilissimũ &
tibi decetissimũ enceniũ facere possem. Cui do-
minus r̃spondit. Nũq̃ delectabilius aut mihi
ch̃arius enceniũ idẽ poteris exhibere, quã si do-
mũculã inde mihi facias, in qua sine intermissio-
ne habitẽ & delecter. Hec domus vnã tantũ fe-
nestrã habeat, per quã hoĩbus loquar, & dona
mea distribuã. Hãc fenestrã os suum esse intelle-
xit, per quod verbum dei ad se venientibus per
doctrinã seu cõsolationẽ deberet mĩstrare

Quahter deus sensus suos aĩe donauit.

27
ORabat aliquãdo dominũ, vt sibi aliqd
donaret, quod sui memoriã in eo iugi-
ter excitaret. Ad quam dominus respõ-
dit. Ecce do tibi oculos meos, vt cũ ipsis oĩa vi-
deas. Aures meas, vt per eas oĩa, que audis ñtelli-
gas. Os etiã meũ tibi do, vt que loquẽdo, oran-
do, siue cãtãdo p̃ferre debes, per illud facias. Do
quoq̃ tibi cor meũ, vt per illud oĩa cogites &
me ipsum & oĩa propter me diligas, & quanto
amplius

amplius te ab oī creatura elongādo eartū cōsola
tionē abicies, rāto magis ad maiestatis mee iat
rigibilē celsitudinē eleuaberis. Quāto ēt ad crea
turas per charitatē extēderis dilatādo te per cō
passionem & misericordiā ad oēs, rāto artius &
dulcius incōprehensam latitudinē meā circun
cinges Quāto deniq; temetipsā vilipēdēdo īfra
omnē creaturā humiliaberis, eo p̄fundius mi
hi īmergeris, eoq; dulcius & familiarius torren
te mee diuine voluptatis inebriaberis.

Qualiter vocata fuit p̄ deū & de p̄ salterio

28
Alia vice dulcissime vocata ad Ysim. vii
dit, q̄ amor in specie virginis pulcher
rime cōsistorium circuibat decātās. Gi
rū. celi circuiui sola. In qbus verbis agnouit q̄li
ter solus amor diuine maiestatis oīpotentiā su
bi subegit, eiusq; īscriptibilē sapiētiā, quāst in
fatuauit & dulcissimā bonitatē eius totam effu
dit, & illū diuine iustitie rigore oīno deuicēns &
in māfuetudinē cōuertēs, ad nostre miserie exili
um dominū maiestatis īclinauit. In hoc quoq;
verbo. Et in fluctibus maris ambulauī, ītellexit
qualiter oēs, q̄ ante legē & sub lege & gratia ī su
is tribulationibus, deo p̄ amorē fideliter adhe
serūt, cūcta aduersantia & vitia p̄ amorem vice
rūt De hinc iterū amor decātabat. Audit in gy
ro sedē & ce. Per quod ītellexit, qualiter sc̄ti mo
do in iubilo decātant oīa, q̄ deus in eis fecit ma
gualia. Quā īuestigabili eos sapiētia elegit, quā
L

gratuite eos iustificauit, & sua gratia dignos effecit, quod potenti & forti amore de omni miseria liberauit, & omnia non solum bona, sed etiam contra mala eis in bonum & salutem conuertit, quam laudem deus tam gratissime a sanctis acceptat, ac si non ab eo, sed a se ipsis hec tanta bona haberet, & tamen illi soli gloriam deferunt. Deinde iterum visum est ei, quasi amor staret a dextris dei, de cuius corde protendebat quoddam instrumentum suauissimum tenses ad cor illius virginis. In psalterio huius decem cordas, sicut in psalmo dicitur. In psalterio decem cordarum psalla tibi. Per nouem cordas designabantur nouem chori angelorum, in quibus ordinatus est populus sanctorum, per decimam vero cordam ipse dominus Iesus Christus rex angelorum & sanctificator omnium sanctorum. Tunc alia percussit ante dominum, & primam cordam leniter tangens laudabat dominum dicens. Te deum patrem ingenitum. In secunda, te filium unigenitum. In tertia, te spiritum sanctum paracletum. In quarta sanctam & indiuiduam trinitatem. In quinta, toto corde, & ore confitemur. In sexta, laudamus. In septima, atque benedicimus. In octaua, tibi gloria. In nona, in secula. In decima cantare non potuit, quia ad dei celsitudinem adhuc peruenire non poterat. Ex hinc desiderabat, ut omnes in celo & in terra participes diuine gratie efficierentur. Et accipiens manum domini, adeo magnam crucem fecit, ut videretur sibi celum & terra inde repleri, & ex hoc gaudium celestium augmentabatur, reis venia, tristibus solamen, iustis fortitudo & perseverantia.

tia dabatur. Purgādisq; animabus absolutio & penarum alleviatio reddebatur.

Qualiter hō penas suas deo cōmittat.

Alia vice etiā ppter infirmitatē suā se inutilē reputaret, & penas suas infructuosas iudicaret, dixit ad eā dñs. Singulas penas tuas amori configna dicēs. O amor ea itētione, qua hec de corde dei mihi attulisti, tibi cōmittō, orās, vt eas ī summa gratitudine ibidē recōfignes. Cū ēt me laudare desīderas in penis tuis. Ora vt ea laude, qua in cruce deī patrē in penis meis laudavi & ea gratitudine, qua ipsi gratias egi, qā me voluit p mūdi salute talia pati, & in amore, quo penas libens & volēs sustinui, ipm pro penis tuis collandem & benedicā, & sicut passio mea in celo & in terra infinitū attulit fructū, sic pene tue siue quecūq; tribulatio hoc modo mihi cōmissa in vnione passiōis mee tā salutifera erit, vt singulis in celo gloriā, iustis meritum, peccatoribus veniam, & purgādis aiabus cōferat releuamē. Quid enī est q; diuinū cor meum nō possit in melius cōmutare? Nā oē bonū quod celū & terra cōtinet, debōitate cordis mei pfluxit, oñditq; ei oīum ordines scōrū & inestimabilē gloriā & dignitatē eorū, dicēs. Ecce quāta bonitas corporis mei ī prophetis, apostolis & singulis scīs operata est, que dignissime super oē meritū eos remunerauit. Vidit ēt virgines l quatū decore & delitiis pre ceteris sibi cōplacēs

L ii

dixit ad dominū. Eia mi domine, cū tātum ho-
noris gratuito amore virgibus contuleris, dic
q̄so, qd sit maximū gaudiū tuū in eis? Respōdit.
Deus pater meus tātū diligit, quālibet virginē,
& eius aduētum maiori expectat gaudio, quā
vnq̄ rex aliquis ad sui vnici spōsam, ex qua ma-
gnū se habiturū sperat heredem, statū ēt vt in ce-
lo vox illa sonnerit, quod virgo adueniat, rota
celi dignitas in gaudio cōmouet, & cū ipsa vir-
go primo igreditur, eius vestigia p totū celum
clangorē reddūt dulcissimum. Vnde oēs sci per
moti letitia, in eius laudes cum iubilo procla-
māt. Quam pulchri sunt gressus tui in calci. &
prin. Ego quoq̄ affurgo & ei obuiam procedo,
his eam aduocans verbis. Veni amica mea, ve-
ni spōsa mea, veni coronaberis.

Que sunt vere & pure virgines.

C. 30
Alia quoq̄ vice cum deo pro impēis sibi
bonis gr̄as ageret, dixit ei dñs. Gratias
age prius poib̄us, que feci matri mee &
angelis, quod statū ip̄a fecit, gr̄as agens, q̄ eam
ab eterno pre cūctis elegit, & sibi matrē dignissi-
mam p̄parauit, sc̄ificās eā in vtero matris, & q̄
in infantia & pueritia sic eam gubernauit, q̄ nū-
quā peccatū fecit, & q̄ spū sc̄tō ispirata, prima
votum vouit purissime castitatis. Tūc dixit do-
minus. Nullā creaturā neq̄ in celo, nec in terra
scire puritatē virginalē, ad quod illa. Eia domi-
ne, q̄ sunt tā pure virgines quas pre cūctis dili-

gis? Respondit. Ille que nec desiderio nec volū-
tate ammittendi virginitatē vnq̄ se maculaue-
rūt. Et illa, qd faciēt q̄ hoc neglexerūt? Respōdit.
Penitētia & cōfessio, se abluat, & in magna de-
lectatiōe cū puris virgibus societate habebunt.
Nulla enī virtus est meritoria, nisi exercitio cor-
dis nobilitetur.

Qualiter deus in aīa operatur.

I Tē cū in infirmitate sua cōmunicasset, dixit
ad vñm. Heu me dulcissime deus meus qua-
liter te modo in aīam meā vocaui, que nec
orationes nec aliqd boni p̄misi? Cui dñs respō-
dit. Pater meus vīq̄ modo operatur & ego ope-
ror. Pater meus operatur in te sua potentia tale
opus, ad quod tuis viribus nō sufficis. Egoq̄ in
diuina sapiētia mea operor in te opus, quod tu
os sensus excedit. Sp̄s sc̄s quoq̄ imēsa boni-
tate sua operatur in te opus, quod gustu nūdū
vales sentire. Item audiunt q̄ cum hō se minus
sentit in oratione deuotū, amore frigidum & a
deo elōgatū, iuocet amorē cōmittens ei legatio-
nē suā, orās, vt grām sine deuotionis studiū sibi
dignet impetrare, sup oīa bona, q̄ agit, tradat
amori custodiēda, vt ea postmodū i melius cō-
mutata recipiat. In oī quoq̄ tribulatōe & dolo-
re, amorē i auxiliū suū iūtet, q̄a eo p̄sente hō la-
borē nō sentiet, nec deficiet i aduersis. Post hec au-
ditur ab angelis hāc vocē. Obluiscere populi
tuū & domū p̄ris tui. In verbis istis intellexit, q̄

L iii

est deus aliam per primam obsequationem dignatur ex
tollere, semetipsam & omnia peccata, et sua opera de
bet obliuioni tradere, quatenus expeditius deo
vacans, his que sibi reuelantur, limpidius valeat
inherere.

c 32 De quoque ianuis & baptismo christi.

Alia vice cum solito more in oratione cum
domino confabularetur. Vidit ianuam quandam
mirae magnitudinis, & in ipsa ianua quicquid
ianuas mirabiliter excisas. Ianua vero illa signi
ficabat humanitatem christi, in qua scriptum erat. Ve
nite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. Vi
dit etiam ante ipsas ianuas virginem pulcherrimam
scilicet misericordiam, que introduxit eam, ibique iuenit iu
dicem iustum, quem misericordia sibi placuit, & veni
am omnium peccatorum impetrauit, vestemque innocencie
ipsam induit, sicque deceter ornata accessit cum fidu
cia ad ianuas superiores, per quas significabatur ma
nus christi. In columna vero ianuarum erat scriptum.
Accipite iucunditatem glorie vestre. Viditque virgi
nem delicatam, scilicet benignitatem, que introduxit eam ad re
gem largientem, qui ipsam omnium virtutum varietate de
corauit. Taliter ornata accessit ad superiorem ianu
am, que designabat dulcissimum cor iesu christi, in mo
dum aurei scuti formata erat. Per quod inueba
tur victoria, qua ipse in passione triumphauit. In
columna vero scriptum erat. Accedite ad eum, & illu
minemini, & facies vestre non confundentur. Vi
dit etiam ibi virginem iesumabili pulchritudine

ne ceteris in eo comparabilem. s. que introduxit eam
ad sponsum mellifluum pre filiis hominum for
ma speciosum.

Item de eo dem.

C 33

Alia vice in missa circa natiuitatē xpi. vi
sum est ei q̄ super altare creuerit arbor
mirę magnitudinis, altitudo eius vsq̄
ad celos p̄debat, latitudo vero orbē terrarū re
plebat plēa fructibus & foliis īfinitis. Altitudo,
xpi figurabat diuinitatē. Latitudo, p̄fectissimā
eius cōuersationē, fructus, oē bonū, quod pue
nit de cōuersatiōe & actibus xpi. Folia vero au
reis litteris erat īscripta. Xps īcarnatus. Xps hō
natus. Xps circūcisus. Xps a magis adoratus.
Xps ī tēplo p̄sentatus. Xps baptizatus, & sic to
ta cōuersatio eius hēbat in arbore scripta.

De monte virtutū & sanctis.

C 34

Alia vice reuelatus est mōs sibi, ī quo ibat
cū yhu & puenere ad paruā domū factā
ex argēto p̄spicuo, cōtra quā vidit pue
ros iucūdos albis īdutos, saltātes & dñm laudā
tes. Quos ītellexit esse īfantes, q̄ īfra qnq̄ annos
decesserūt, & ibi sine fine exultāt. Exinde venerūt
ad domū ex purpureo īcisam lapide, circa quā
multitudo aīarū cātabant in purpureis īdumē
tis, quas viduas & coniugatas esse cognouit &
comunē populū beatorū. Deīde venerūt ad do
mū de rubeo saphyro excisam, circa quā erat in
numera multitudo sanctorū amicti coccino.

L iiii

Ille. sbré aie, que i hac vira pro xpo certates dya
bolū vicerūt, ibiq̄ cū domino sine fine letātur.
Post hec lōgius euntes venerūt ad domū ex au
ro purissimo cōstructā, quā dñs aie demōstrans
ait. Hec domus est charitatis, de qua scriptū est.
Ducā te in domū matris mee & in cubiculo ge
nitricis mee, morabitur. Mater mea ē charitas,
& ego filius sum charitatis. In quo diuinitus in
tellexit, q̄ beata virgo nimio ardore spiritus sc̄i
inflāmata ex calore amoris spūs sc̄i, filiū dei cōce
pit, sicq̄ xps filius est charitatis, & mater eius est
charitas. Cū vero corpus dñi sumpsisset, sc̄i q̄ cir
ca dominū erāt, cōcin. bāt dicētes. Panē āgelorū
māducauit hō alleluia. Angeli aut̄ psallebāt di
cētes. Panē de celo dedit eis, sicq̄ dilecto vnica
delectabatur cū ipso & ī ipso. In quo est plena suffi
ciētia oīs bōi & copia eternarū deliciarū.

De nomine & vtilitate huius libri.

35
Iste liber fere totus a psona sibi familiari, cui
secreta sua reuelat cōtueuerat, ita cōscriptus
est, vt hec dei ancilla ignoraret, sed cū a quo
dam itellexisset, in tātū cōtristata est, vt oīno cō
solari nō posset. Vnde ad dominū solito more
cōfugiēs, ipsi tristitiā suā cū fiducia exponebat.
Cui dñs. Da me ī libertate largiui cordis mei,
& da me in bonitate mea, & nō in tua. Et illa. Et
qd̄ fiet de libro illo post mortē meā? aut q̄ vtili
tas ex eo pueniet? & quod vocabulū seu nomē li
bri erit? Cui r̄dit. Omnes q̄ me fideli corde exq̄

116. 3
erit, iustificabitur in eo; & q̄ me diligit, amplius
in amore meo exardescet, q̄ meretes sunt, in eo
cōsolationē ueniet. Vocabitur autē. Liber spiri-
tualis gr̄e. Oīa uero, q̄ hic scripta sunt, q̄si pau-
ca sunt respectu omissionū. Nā multo plura sepi-
us a domino sibi reuelata sunt, q̄ nequaquā dicere
uolebat. Aliquādo enī tā spirituale erat quod ui-
debat, qd̄ uerbis nullo mō potuit explicare.

Incipit Liber tertius de anulo septem
lapidibus insignito. C. 1



Irgo xp̄i cū presentia dile-
cti sui die quadā nō sentit
ret, & multū desideraret.
uidebatur sibi quasi sta-
re dominū cōtra se, & mul-
ta adinuicē colloqueban-
tur. Dū ergo cāteretur ad
missam. Et tibi reddet vo-
tum in hierusalē, cogita-
bat illa, quāta uota sc̄i obrulissent dño in hoc se-
culo. Beata uirgo & alie uirgines castitatē, ma-
tres p̄ciosum sanguinē & alii sancti multos la-
bores & deuotiōes, doluit se nihil habere, quod
dño posset offerre. Et uidit beatā uirginē sibi a
dextris stare dantē sibi anulū aureū, quē statim
domino obrulit, & dominus gratāter accipiēs,
digito suo iposuit. Tūc itra se desiderās dicebat.
O si fieri posset, ut ipse tibi anulū suū daret in-

signū despōsatiōis, & videbatur sibi sufficere, si dominus dignaretur sibi dare dolorē in digito anulari, quē oībus diebus vite sue vellet sustinere in memoriam, q̄ christo foret despōsata. Ad quā dñs. Dabo tibi anulū septē lapidibus īsignitū, quos potes rememorari in septē articulis digiti tui. In primo articulo potes recordari amoris diuini, q̄ me de sinu patris īclinās triginta tribus annis multis laboribus te querēdo fecit seruire, & cū tēpus īstaret nuptiarū, pprio amore cordis vēditus in p̄ciū cōuiuii, me ipsum ī panē & carnē & poculum dedi. In cōuiuiō etiam illo ipse cythara & organū suū p̄ verba dulcissima oris mei, & ad letificādū cōuiuas in similitudinem lusorū humiliatus sū añ pedes discipulorū. In secūdo recorderis, qualē ego spōsus iuuenis post cōuiuiū illud coreā duxi cū tribus vicibus ī terra p̄cidēs, quasi tres saltus feci tā validos, q̄ sudore totus madēs, guttas pfudi sanguineas. In illa corea oēs cōmilitones meos vestiui triplicibus, dōis cū ipetraui eis remissionē p̄cōrū, aīarū scificationē, & dīnā meā clarificationē. In tertio memoreris amoris humilitatis mee ad osculū spōse, cū Iudas appropiquās osculatus ē me. In quo osculo cor meū tātū pensit amorē, q̄ si penituisset, aīam eius ī spōsam p̄ osculū illud asumpsissem. Tūc enim oēs mihi copulaui, quos ab eterno ī spōsas predestinaui. In quarto recordas qualia aures mee ex amore spōse audierunt

epythalamia, cū stās coram iudice tot falsa testi-
monia sūt plara. In quinto recorderis, quā decēter
me ob nimis amorē ornaui, cū toties vestimēta
mea mutauī, alba purpurea coccīea & fūro roseo
.s. spinea corona. In sexto memor sis, quā te sū
amplexatus, cū ad colūmā suā ligatus, ibi pro te
oīum inimicorū tuorū ī me assumpsi iacula. In
septimo memoreris, quā thalamū crucis sum
gressus. Et sicut spōsi vestes suas dant histirioni-
bus, ita vestimēta mea dedi militibus & corpus
meū crucifixoribus. Deinde extēdi brachia mea
p durissimos clauos ī tuos āplexus suauēs, cātās
in thalamo amoris septē cātīlenas mire suauita-
tis. Post hec meū cor ad itroecūdū tibi aperui, cū
somnia amoris te cū moriēs ī crucecepi.

De rosa que de corde dei exhibat. C 2

IN missa quadā dixit ad dñm. O amātissime
doce me laudare te. Cui dñs. Respice cor me
Ic 35 Tē cū vice quadā cōtristata igemisceret, eo q̄ sibi videretur se inutile esse, quia īfirmitate prepedita, ordinē tenere nō valebat, audiuit sibi. dñm dicēte. Eia faue mihi, vt ardorē dñi cordis mei ī te refrigerē. In hoc verbo ītellexit, q̄ oīs, qui dolores & īfirmitates, cordis tristitiā, deiectionē, siue quācunq̄ tribulationem ī vnione amoris, quo vñs yñs afflictiones & grauamina multa ī terris & eadē ignominiosā pertulit mortē, libēs & volēs sustinuerit, ī eo quodāmō ardorē dñi cordis tui tēperabit, qui tā inestimabili desiderio hoīs querit salutē, quia cū ī se tales passionēs amplius ferre nō possit, in suis delectatoribus, qui ei fideli amore adherēt supplere dignatur. Et sicut eius passio toti pfuit mundo, nō solum sui tēporis hoibus, sed vsq̄ ī finē seculi ī eū credituris, sic diligentū se passionēs & tribulationēs, iustis cedēt ī meritū, reis ī veniā, defunctis puenient ad gauditiū sēpiternū. Et cū aīa illa, quē sic ī terris dñi cordis refrigeratio fuit, ī celū puenit, mox supra cor dei aduolās diuinitate, ac fī oleo optimi liquoris puncta tota in ardore feruētissimi cordis dei, cū oī qd̄ homo pro xp̄o sustinuit, cōcremabit, & sicut thymiana fragrantissimū seu balsamū odoris sui suauitate totū celū

respergit, quo oēs sc̄ti nouā iucunditate & delectatione perfundūtur, & hoc est, qđ dicitur ī psalmo, Vixit te deus deus tuus oleo letitie pre cōsorbustuis.

De veste nuptiali.

c 36

A Vdiēs ē ī euāgelio legi. Amice quomodo huc itraſti, nō habēs vestē nuptialē? Dixit ad dñm. Mi dilecte, que est vestis, sine qua nullus ad tuas nuptias poterit peruenire? Mox ostēdit illi dñs vestē purpureo, candido & aureo colore mirifice cōtextā, dicēs. Hec est vestis nuptialis facta ex cādore mundi corporis & purpura humilitatis & auro dñi amoris. Quicumq; hanc vestē habere voluerit, oportet eū habere cor mundū, vt spōte & sua voluntate nullā malā cogitationē cordi suo iherere permittat, & quicquid videt vel audit, non ad malū sed ad bonum diiudicet & cōuertat. Humiliter etiam dulci corde prelatiſ suis immo omni creature se propter deum subiiciat. Deum etiā tota mente diligat & omnem creaturam respectu dei vilipēdat. Nec aliquid sic diligat, se ipm a deo elogat, quin illud oīno abiiciat & fugiat.

In quo anima valeat deo assimilari.

e 37

Q Vm cantaretur in missa dicit dominus ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis. Si mea charissima & mihi filia esse volueris, i his me

8

verbis imitate. Sicut enim ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis, sic & tu semper studeas habere quietum cor & pacificas cogitationes cum nullo contumeliosus, sed humiliter & patienter cedens. Sicut est invocans me exaudio, sic & tu exorabilem & benivolam te omnibus exhibeas. Studeas est educere captiuitatem omnium. id est. ut omnibus tribulatis & temptatis auxilium & solamen impendas.

Quod dominus iherosolimitis cor nostrum desiderat.

c 30^o
Alia vice dixit ad eam dominus. Quere me in quinque sensibus tuis, faciendo more hospitis, qui amici sibi dilecti aduentum pre foribus & per fenestras respiciendo, si visum desideratum suum videat, semper querit, sic & anima fidelis in quinque sensibus, qui fenestre eius sunt, me semper querat, ut si viderit pulchra & amabilia, cogitet, quod pulcher & amabilis & quod bonus est, qui hoc fecit, tendens statim in ipsum, qui omnia fecit. Cum autem sua aurem audit melodia, seu aliud, in quo delectatur, cogitet eam, quod dulcis erit vox illa te vocantis, unde omnis dulcedo & sonoritas vocum processit. Item cum audit homines loqui, aut legi aliquid semper ad hoc intendat audire, si aliquid audiat, in quo dilectum valeat invenire. Similiter in omnibus que loquitur, dei gloriam & proximorum querat salutem. Cum vero legit vel cantat, cogitet eam, quid modo in hoc versu vel in hac lectione dilectus tuus tibi loquitur aut mandatum, querens eum in omnibus, donec domine dulcedinis aliquem persentiat gustum in olfatu & tactu. Similiter faciat rememoratio

rememorando q̄ suavis sp̄s dei & q̄ predulcia
oscula & amplexus eius erūt, & i quacūq; crea-
tura delectat, semp deliciarū dei memores, q̄ oīa
hēt pulchra delectabilia & suauia nobis ad hoc
creauit, vt ad ipsius bonitatis cognitionem &
amorem alliciat & pducat. Vnde in corde suo p-
ponat, si possibile esset, oēm laudem & gratiarū
actionē & orationē & oē ministeriū libētissime
deo p̄solueret, qd̄ qlibet ei offerre tenet. Similiē
oēm penā, tribulationē & laborē, quē aliqs pro
dei p̄tulit amore, sufferre fit paratus. Itē audiuit
a dño, cū oraret p̄ portanaria, q̄ grauata fuerat
ex sup̄uenētibus hospitibus. Oīa vestigia, q̄ hō
p̄pter obediētā ambulat, ac si denarios singu-
los in manu mea congregat, ita eius meritū au-
gmētat. Itē dixit sibi dominus. Homo necessa-
ria & corpis cōmoda suscipere deberet in vnione
amoris, quo ipsi oīa ad vtilitatē creauit. Secūdo
in vnione amoris, quo ipse in terris ad honorē
patris & hoīum salutē creaturis vtebar. Tertio
labores & seruos sibi ministrantes accipiat in
vnione amoris, quo ipi in honorē dei seruiant,
& vt seruiētes idē sanctificētur.

De christi desiderio.

Item cum alia vice regratiaretur deo pro de-
siderio, quod habuit cum dixit. Desiderio
desideraui hoc pasca manducare vobiscū
anteq̄ patiar, respōsum accepit a domino. Vel-
lem q̄ oēs illius recordarentur, q̄ tāto tempore

fuit protractum desiderium meum, & non deficeret,
cum eorum desideria dispensatione diuina pro-
trahuntur.

De quadruplici oratione.

c 40
Item audiens cantari Responsoria. Vidi ciuita-
te hierusalē ornata & cōposita de orationibus
sanctorū, cogitabat quomodo ciuitas ora-
tionibus cōponi posset & ornari, ad quod domi-
nus respōdit. Quattuor orationū generibus
hec ciuitas velut auro & gemis decētissime de-
coratur. Primū est, quādo electi pro peccatis sui-
is humili & cōrriūto corde in oratione veniam
sibi polcunt. Secundū cum homines in tribu-
lationibus per orationē ad deū cōfugit & que-
rūt releuari. Tertium est, cū quis sine charitatis affe-
ctu, pro necessitate & miseria alterius intercedit,
hec oratio multū accepta est deo & celestis hie-
rusalē ab inde nō modicum insignitur. Quartū
est cū ex puro amore, quo deū quis diligit p̄ vni-
uersali ecclesia & p̄ singulis, velut p̄ se ipso, inter-
cedit. Hec oratio supernā hierusalē velut noui-
solis ortu perhustrat.

Quid sit maximum bonum.

c 41
Alia vicedixit ei dominus, Maximum bonū
& vtilissimū, quod homo ore suo facere po-
test, est laus dei & cōfabulatio frequēs cū
deo. S. in oratōe, laudabilissimū etiā deo, quod ocu-
lis facere potest, sunt amoris lachryme & sacre
scripture iugis lectio, aurium vero est libētē au-

dicere verbum dei, & ad obediendum inclinatus
esse & paratus, fructuosissimū, etiā q̄ manibus
potest pagi, est deuatio manū ī oratiōe & scri-
bere. Optimū quoq; cordis est deum toto cor-
de seruēter amare & desiderare & ī meditatione
de ipso dulciter cogitare. Totius corporis exercita-
tio percutis est & genuflexio, venie & opa chari-
tatis. Similiter hō habeat alia, in q̄bus dñs dele-
ctatur. S. charitatē, humilitatē, depressiōnē, gra-
titudinē, & q̄ in oībus sibi accidētibus hō
sepe dicat. Sit nomen domini nostri ih̄u xp̄i be-
nedictum in secula & deo gratias, & oī tempo-
re dominum benedicat.

Qualiter hō sit ante cōfessionē discutiat. c 42

Ante cōfessionem homo se denudare de-
bet per proprii status discussionē, sicut
dñs ih̄s se denudauit ante flagellationē
& crucē. Erga xp̄s b̄dictus expoliatur se ad ver-
bera, iure denudabit se homo ad verbera. Itē ad
cōfessionem oportet hominem contemplari
imā suę faciem in speculo virtutum chri-
sti. In speculo itaq; humilitatis christi con-
sideret homo diligenter humilitatem suam,
si in aliquo violauerit faciem suam super-
bia seu elatione. In speculo vero patientie chri-
sti probeat homo patientiam suam, si macu-
lam vllam in se deprehendat. In speculo e-
tiam obedientie christi attendat vultum su-
um, ne culpam inobedientie in eo inueniat.

○ ii

In speculo aut amoris xpi pber, q̄ amoroſus fit
 ad maiores. ſ. ad prelatos, q̄ pacificus ad equa-
 les, q̄ manſuetus ad minores. Et ſi qd in his, vel
 ſimilibus in facie aie ſine reprehēſiōe dignū inue-
 nerit, ſtudeat ſuaſiter abſtergere leni p̄ano hū-
 manitatis xpi, recolēdo dulciter, q̄ xps eſt frater
 noſter, q̄ ita pius ē, vt cū hō peccatū ſuū cogno-
 ſcit, ipſe miſericorditer ignoſcit. Caueat ergo
 homo, ne acriter nimis maculas ſuas diluat. ſ.
 ſine cōſideratiōe bonitatis diuine, q̄ ea durius
 tergēdo plus lacerat, q̄ ſanaret.

Incipit Liber quartus, qd maxime homi-
 nem in religione promoueat.



Ec nāq; deo deuota ancil-
 la quadā feria ſexta vidit
 dñm yhm exp̄ſis māib⁹
 in altari ſtātē & vulnera
 eius ſc̄iſſima, velut recē-
 tia vberū ſāguinē fundē-
 tia dicētē ad eā. Ecce rupta
 ſunt oīa vulnera mea
 ad placādū dñi patrē pro
 vobis. Glorioſa ēt virgo maria ſtabat a dextris
 filii habēs coronā mirę magnitudinis, in qua
 omnes virtutes & merita ipſius & omnia, q̄ per
 eā deus operatus eſt magnaſia miro modo ap-
 parebāt. Anima vero accedēs ad eam, rogabat
 pro ſe & pro cōgregatione orari. At illa cū mul-

ta reuerentiā corā filio gentia flectēs, ipsius vul-
nera deuotissime salutabat precipiēs anime, vt
ipsa similiter faceret dicens. Accede & tu, & sa-
luta vulnus dilectissimi cordis filii mei, quod p-
tulit oīa corporis sui vulnera. Quod dum gra-
uiter fecisset, orabat dominū, vt sibi reuelaret,
qd maxime ab eis obseruari vellet, p quod & re-
ligio posset augeri? Qui respondit. Qui vere
religiosus effici desiderat, oculos suos custodi-
at ab omni illicito & inutili visu. Similiter & au-
res suas abstineat, ne vnq̄ audiat, qd cor eius ma-
culas contrahat. Prohibeat quoq; os suū ab ol-
luti verbo, & si qd vidit vel audiuit, nisi os su-
um idē loq̄ pmittat. Cor etiā suū maxime cui-
stodiat, ne vnq̄ in malis cogitatioibus delecte-
tur, aut spōte immoretur. Homo enī cogitatio-
nes cordi aduenientes phibere nō potest, sed ne
ipsis consentiat aut spōte admittat, faciliter di-
mittere potest. Obseruet etiā diligenter omnia
facta sua & quotienscūq; in aliquo deliquerit,
nunq̄ cor eius quiescat, donec sibi veniā a deo
postulet, & cū possit, illud cōfiteri pponat.

Quid hominē in religiōe cōseruet.

Alia vice tum attentius pro cōgregatio-
ne orasset, quatenus eam deus in suo ser-
uitio omni tempore custodiret & suam
gratiam in eis augendo omnibus virtutibus
florere in bonis faceret prosperari, tale a deo ac-
cepit responsū. Quamdiu in eis humilem in-

uenio subiectionem prelati suis & in iniuicē
humiliter & simpliciter obediēdo & virginalia
castritatis amorem non solum tenendo, sed eti-
am diligēdo, & dulcem gratitudinem pro neces-
sariis gratias agendo, & eisdem se indignas repu-
tando, & amicabilem amorē, vt nō solum deū sin-
cero corde diligant, sed etiā in vnione in deo se
diligant & opera charitatis exhibeant, oculos
mee paterne protectiōis ab eis nūq̄ auertā, nec
eas in suis necessitatibus derelinquā.

De tribus deo acceptis.

c. 3.
SI quis etiā mihi acceptabile munus offer-
re voluerit, in his tribus se studeat exercere.
Primū est, vt proximo sit fidelis in oī sua
necessitate & angustia, omnesq; defectus eius &
peccata in quantum potest, minuat & excuset.
Quod qui fecerit, ei ero fidelis in omnibus, qui-
bus indiget, & omnia peccata eius & negligē-
tias regendo apud patrem meum excusabo. Se-
cundum est, vt homo in omni tribulatiōe sua
ad me solum confugiat, nullisq; molestiam su-
am conqueratur, sed mihi soli omne graua-
men cordis sui cum fiducia pandat. Hunc ego
in suis necessitatibus nūq̄ derelinquā. Ter-
tium est, vt homo mecum in veritate ambulet,
quem ego in extremis suis, velut mater aman-
tissimum filium inter paternos amplexus meos
suscipiā p̄petuo pausatūrum.

Quod penitentes sunt felicissimi. c 4

Alia vice dum conuentus cōmunicaret, & hec dei famula propter ifirmitatem si mul accedere non posset, orabat domi nū quatenus de micis mense sue aliqd sibi da ret. Mox videbatur sibi, q̄ dominus ad magnā mensam cū oībus sanctis sederet, porrigēs ei mi cas in similitudine aureotū noctulorū & gēma rum, gaudiū. s. beatitudinē suam illi feliciter cō municādo. Et dixerūt sancti ad eam. Eia q̄ feli cissimi vos estis, qui adhuc vivitis in terris, & multa promereri potestis. Quia si homo sciret quanta etiā vna die promereri posset, mox vt a somno vigilaret, tāto gaudio cor eius dilataret p̄ eo, quod dies illa illuxisset, in quo deo vivere & eius meritū ad dei laudem augere posset, q̄ to ta die ad oīa, q̄ agere aut pati deberet alacrior & fortior redderetur. c 5

Qualiter eam deus vocauit.

Dominica quadā cū pp ifirmitatē non posset cōicere, & ex hoc nō modicū con tristaret, dixit ad dñm. Mi dñe quid me nūc vis facere? Qui respōdit. Veni, veni, veni, veni corde ad cor p̄ amorē. Veni ore ad os per osculū. Veni spū ad spm̄ p̄ vnionē. Quisq̄ enī oī volūtati sue renūciauerit, & oībꝝ rā aduersis q̄ p̄spis, volūtātē meā sue volūtati p̄legerit. Hic spū ad spm̄ p̄ vnionē venit in eo cōplebit, & qđ scriptū est, adherēs deo vnus spūs fit cū eo.

O iiii

Qualiter homo desponsationē renouet.

CUm vice quadam deo in amaritudine
 aīe suae oēs annos suos recogitasset, quā
 negligēter uixerit, etiā q̄ deo in sponsam
 cōsecrata prerogatiuā illā peccatis suis macula
 uit. Dixit ad eā dñs. Si tuā vis renouare despo
 sationē, accede ad pedes meos gratias agēs p̄ ve
 ste innocētie, quā tibi gratis cōtuli, orās, v̄ mea
 p̄fectissima innocentia, quicquid in te victiarum
 est, emēdetur. De hinc ad manus meas, gratias
 agas pro omnibus operibus meis que tibi pro
 merui, & etiam pro tuis, que in te sum opera
 tus. Exinde in camino dñi cordis mei anu
 lum fidei & amoris tui velut autū in fornace p̄
 batū reforma, eiusq; gēnā in aqua & sanguinē
 cordis mei lava, v̄ idē valōrē suū recipiat & de
 corē. Post hec vidit in penis aīam cuiusdā reli
 giosi, de quo dum interrogaret, cur i cōlo nō es
 set? Dñs r̄dit. Sapiētiorē se plato suo estūabat,
 & quicquid platus suus faciebat, non sibi placuit,
 sed se melius facturū putabat, hoc maximum
 post eius mortē impedimētū fuit. Religiosus enī
 nūq̄ adeo sapiēs esse potest, qn̄ se plato suo in oī
 hūilitate subiicere & eius volūtati in oībus bo
 nis oportet cōsentire. Post hec vidit aīam cuius
 dā cōuersi i magna claritate, eo q̄ speciali deuo
 tiōe & diligēti studio ubicūq; poterat, ad altare
 seruebat & sacerdotes cū omni ministerio pro
 mouere studebat.

Quomodo nouicie se habeant.

67

BEnigna charitate, q̄ oīum semp̄ memor
fuerat etiā p̄ nouicijs dñm exorabat, q̄te
nus eas ī vere religionis & sc̄itatis p̄fessio
necōfirmaret. Pro quibus tale a deo responsum
accepit. Inambulabo ī eis & inhabitabo & ipse
populus meus erunt. Inambulabo per sc̄a desi
deria & bonā voluntatē earū; & inhabitabo per
amoris vnionē, & ipse populus meus erunt per
laudabilē & bonā cōuersationē suam, & ecclesie
sc̄e p̄fectū & augmētū. Oēs enim, quos suo bo
no exēplo virtutibus & doctrina attraxerint, &
quos suis orōnibus lucrare fuerint pro ecclesia
orātes, vt ī melius p̄ficiāt, p̄ p̄cōribus, vt cōuer
tātur & oēs aīe, que precibus earū a penis libera
buntur, īmeritū populi sui cōputabuntur. In
die autē p̄fessionis earū cū iterū p̄ eadem orasset.
Dixit ei dñs. Orare me debēt, vt dem̄ ipsis oeu
los intelligēt, quibus me & oīa eius salutaria vi
deāt & vere agnōscāt. Aures obediētē ad oē spē
rītū & regulā & statuta & prelati sui voluntatē pa
tatas. Os quoq; sapientie, quo orōnes & laudes
meas semper p̄ferre & que p̄ximo cōgruit, do
cere sciāt. Postulēt et̄ cor amās sibi dari, quo me
& oīa ī me & p̄pter me pure diligant. Manus et̄
bone operationis, vt oīa opera itente faciant &
studiosē, & p̄fectā ī oībus humilitatē habeant,
nulli se cōparātes & nullū oīo spernētes. Cū ve
rō letania fieret pro ip̄is, vidit brām virginētū &

4

deinde singulos sanctos, qui ibi nominabatur flexis cum reuerentia genibus pro ipsis dominum exorare. Et dum professionem faceret, dominus Yhs eas in amplexus amantissime suscepit, porrigens singulis dexteram suam in adiutorium voti sui & protectionem a malis. Accedentibus etiam ad sanctam communionem, dulcissimū osculum singulis infixit, in quo vnū cum ipso felici vnione sunt effecte. Vnde intellexit, qđ dñs in die professionis cuiuslibet religiosi, ipsum in paternum suscipit amplexū a quo nunq̄ eum dimittit, donec homo, qđ absit voluntaria deliberatione obedientie contradicat, tunc quasi subtrahit se dextera dei, cui non poterit de cetero implicari, donec per veram penitentiam, ac dignam satisfactionem se humiliter deo prosternat, votum deinceps libēter obediendi pollicendo,

c 9 Quam vtile sit homini sensus suos cum a noxiis refrenare.

CUm vice quadam ī affectu mentis inter alia deo diceret, qđ eius captiua libēter esse vellet. Respondit dñs. Qui meus captiuus eē voluerit, ī terris oculos suos ab omni illicito & inutili visu retrahat & vinciat. Huius ego oculos in celesti gloria vultus mei claritate & manifestatione glorie mee reuelabo ac in tantis delitiis me ipm illi ostendā, vt tota celostū mi-

lizia tñ inbilo admiretur. Similiter q̄ aures suas
captiuat ab inuili & no cino auditu eas aduer/
tēdo. huic ego dulcifone vocis mee modulatio/
ne suauissimum melos ī eternitate singulari glo/
ria decātabo. Qui etiam os suū ab ociosis & no
cuiis refrenat verbis. Huius ego os mea laude tā
excellenter aperiā, vt speciali dignitate pre ceter/
is landē meam promat. Qui etiam cor suum a
vanis & malis cogitationibus & nociuis deside/
riis cohibet. hunc ego tāta libertate dorabo, vt
mei & omnium, que voluerit, potens sit, eiusq̄
cor in meo diuino corde singulari libertate & de/
litiis perpetuo exultabit. Et qui manus suas alli/
gat, ne opus peccati faciant. hunc ego ab om/
ni labore tam gloriose absolnam, & eius bona
opera meis operibus vnita, tanto honore ex/
tolleat volo, vt tota celestis curia notio gaudie
cumuletur.

Quod angelus presentat ofonē eius deo. c 9

IN quada necessitate claustrī dum conuen/
tus psalterium, qđ legerant Christi famule,
deō conferendum cōmitteret, dixit angelo/
suo. Eia dilecte angele tu qui cognoscis, sicut &
cognitus es, ego autem cognosco ex parte, hāc
tego orationem regi tuo, cui in decore adistis,
representa. Cui angelus. Ego plus gaudeo q̄ tuā
legationē deo meo hēo p̄ntare, q̄ vnq̄ aliqua m̄
de honore & diuitiis vnici filii sui potuit exultaf.

Et cū dño presentasset, ait dñs. Quod psonē hāc orationem persoluerunt, totiens oculis misericordie mee eas respicere volo, & aures clemētie mee eis inclinare.

Quaerit dñs yhs defectū hoīs de suo supplet.

O Rabat hec dei famula pro quadā psona, que merorē cordis sibi cōquēsta fuerat, quē pro eo habebat, q̄ deū minus diligeret. Vnde & ipsa in magnā incidit tristitiā, reputās se per oīa inutilē, que deū pro tātis sibi collatis beneficis nequaquā, vt dignū foret, diligeret. Cui dñs. Eia dilecta mea noli metere, oīa enim mea tua sunt, ad qđ illa. Si vere oīa tua mea sūt, ergo & amor tuus meus est. Hunc igitur amorē tibi offero, vt per ipm tibi oē, qđ mihi deest, suppleatur. Quod dñs gratāter acceptās ait. Optime sic facies, & cū me laudare, siue amare cupis, nec p tuo desiderio illud implere vales, ita dicas. Yhu bone laudo te, & quicquid minus est in me rogo vt suppleas pro me. Cū amare defectat te, dicas. Yhu bone amo te, & quicquid minus est in me, rogo vt cordis amorē deo p̄ri offeras p me. Et dices persone p qua oras, vt & ipsa similit faciat, & si milies ī die replicādo me taliter rogauerit, ego totiens pro ea me patri offerā, quia non possum lassari nec tediari.

Quid homo ī tristitia faciat.

I Tē cū illa oraret hoc a deo responsum accepit. Sepius legat hunc versum. Benedictus

es adonay pater dñi nostri yhu xp̄i i firmamēto
 celi, qui fecisti celū & terrā, mare & oia, que i eis
 sunt, & super laudabilis & gloriosus & super exal-
 tatus in secula alleluia. Er̄si quādo iciderit mēti
 eius, vt cogitet se nō pertinere ad electos, faciat
 monē hoīs, q̄ esset i valle tenebrosa. Hic si libēt̄
 videret solē, de valle i mōtē cōscēderet, & sic tene-
 bras euaderet. Sic & ipse cū inuoluitur tenebris
 tristitie, ascēdat i mōtē spei, & oculis fidei aspi-
 ciat me celeste firmamētū, cui oēs electorū aīe ve-
 lut stelle sunt infixe. Que stelle, licet pctōrū nube
 & nebulis ignorantie obtenebrēt̄ur, i firmamēto
 ramē suo, hoc est i mea nīna claritate obscurari
 nō possunt. Quia electi licet magnis quādoq̄ i-
 uoluāt̄ur pcis, semper ramē eos i ea respicio cha-
 ritate, i qua eos elegi, & i illā, ad quā peruenturi
 sunt claritatē. Vnde bonū est hoī, vt sepe cogi-
 tet, quā gratuita bonitate ip̄m elegi, quā miris
 & occultis iudiciis, i pcis existētē pro iusto hoīe
 respexi, & q̄ amāter de ip̄so cogitas, oīa etiā ma-
 la sua ip̄i i bonū cōmutari, & benedicat me eter-
 nā firmitatē electorū oīum. In hoc at̄ verbo. Be-
 nedicāt te Yhu rex bone omnes angeli & sancti
 tui, desideret omnes angelos & sanctos me secū
 pariter collaudare.

Item de Ep̄dem.

c 12

I Tē cū pro alia oraret, hoc a deo responsum
 audiuit. Cū homo i aliquo grauat̄ur, ad pe-
 des meos se p̄sternat, ibiq̄ q̄e onus mihi cō

mittēdo deponat, legatq; orationē. Respice do-
 mine sancte pater super hanc famulā tuā, pro
 qua dñs noster Yhs christus non dubitauit ma-
 nibus tradi nocētium, & crucis subire tormen-
 tum. Orans vt oculis misericordie ipsā respici-
 tiam illuminando animā eius, vt agnoscere va-
 leat, ad quid & ex quāto amore hoc ipsi etuere
 permiserim, quatenus ad laudem meam. hec &
 omnia sibi aduersantia sufferat patiēter. De hinc
 ad manus meas veniat: legendō m̄sorū. Emitte
 domine sapientiam &c. Orans vt diuina sapie-
 tia cooperatrix eius & adiutrix eius sit, quate-
 nus homo grauamē ad dei gloriam sibi vtiliter
 ad fructū vniuersitatis valeat tollerare. Tertio
 ad cor meū accedat legendo. O mira circa nos
 & admirabile precii orans, vt per amorē cordis
 mei, quo omnium hominum onera portauī, fa-
 ciam cum onus tristitie sue cum gratitudine
 amanter supportare.

Quasi hō cor suū ī tribulatione deo offerat.

c 13
Alia vice cū p vna oraret, q̄ certificari de-
 siderabat, si cū deo semper permanens
 esset. Vidit aīam eius corā dño flexis ge-
 nibus cor suū ei propinatē ī modū calicis duas
 aures habentis, voluntatē & desiderū figuran-
 tes, quibus illa deo cor suū offerebat, & ait do-
 minus. Cū homo grauaf, si in ipso initio mihi
 illud ppinaret, ego cum inde biberē, ex ore meo
 tantū dulcedinis infunderē. Vñ sic tantū nobilitate

terur, vt nūq̄ de cetero possit p̄ire. Sed cū homo
ide prior bibit, inficit illud, & quo plus bibit, eo
magis amaricatur, vt iā me inde bibere non de
ceat, nisi penitentia & confessione purgetur .i.
eum hō tristatur, statim omne grauamen suum
deo offerre deberet. Tunc ipse dulcedinē sue cō
solationis ipsi imitteret, & ad patientiā anima
ret, nec vnq̄ permetteret grauamē illud hōi absq̄
fructu deperire, ita qđ si contigerit hōi postmo
dū ex sua fragilitate illud resumere inde. s. cogitā
do vel loquendo. hoc q̄ citius penitentia dele
retur. Sed cū hō grauamen suū ipse vult portar
e. labef in impatiētiā, & quo plus tractat nunc
ide loquēdo, nunc cogitādo, eo grauius & ama
rius sibi erit, & cū postmodū ad se reddit, iā illud
deo offerre nō audet, quia nec illū deoet, attamē
adhuc nō diffidat, sed cōfessione & penitētia il
lud purgatū, deo hūili spū & cōtrito corde stu
deat ppinare. Post hec personā illā dñs benigne
amplexatus est dicens. Nemo tollet a me aiā
tuā. Benedixit et eā dicens. Dñitas mea benedi
cat te, humāitas mea cōfortet te, pietas mea fo
ueat te, amor meus cōseruet te.

Quod quicquid anima desiderat in
corde dei requirat.

Rogata orabat pro vna persona dñm,
vt puerū, humile, desiderās, amās & spū
rituale cor sibi daret, p qua tale m̄lū au
diuit. Omnia que vult & indiget, in corde meo

c 14

requirat, & a me sibi dari postulet more pueri, q
a p̄re suo oīa, que desiderat, petit. Cū enī purita
tē desiderat, ad meā recurrat innocētīā. Cū vult
humilitatē, de meo eā assumat, desiderīū ēt suū
de meo suppleat, & amorē meū cū religiosa & to
ta diuina cōuersione me sibi fidenter vsurpet.
Tunc illa. Mi dñe rogo, vt in extremis eius mise
ricorditer cum illa agas, donans illi certitudinē
tectū manēdi. Ad qđ dñs. Quis sapiēs thesaurū
cū labore acquisitū & sibi dilectū phoceret & per
deret? Ego oīa humana eius, ī mea humanitate
sc̄tificauī, & oīa sp̄tialia eius in meo sp̄ū ī baptis
mo viuificauī & eā ī eternū nō dereliquā.

Quar negligētias cū laude suppleas.

15
I Tē dū p quodā tribulato oraret, vidit ipm
p quo orabat statē corā dño, & dñm dicētē,
Ecce hūc oīa pctā sua dimitto, ipē vero pctā
& negligētias suas cū laude supplebit. Inter p̄sa
ctionē enī ad hoc verbū, Per quā maiestatē tuā
laudāt angeli. Laudet me ī vnione illius super ce
lestis laudis, qua venerāda trinitas inuicē se lau
dat & laudatur, & effluit ī btām virginē, ac dein
de ī oēs angelos & sc̄os, legatq; vnū p̄r noster, qđ
offertur ī vnione laudis deo patri, qua celū & ter
ra & oīs creatura me laudat & benedicit, orans
per me yhm xpm filiū dei ofonē suā acceptari, p
quē oē, qđ deo p̄rī offertur, ī sūma ascēdit placē
tia, sicq; oīa pctā illius & negligētie per me sup
plebuntur. Siquis illud fecerit, pie credat eandē
se grām

se gratiam pcepturum. Quia vt ait dominus, impossibile est hominem non consequi, quod credidit & sperauit.

Quomodo deus se cum aia vestit. c 16

S Oror qdam dum in festo quodam egrotat. hec xpi virgo pietatis affectu, dominu pro infirma orabat pijs querelis domino opponens, cur dilectricem sua, qua tam feruenter sibi assistere in choro sciret, fecerit infirmari? Cui dominus. Et quare non licet mihi, cum dilecta mea cum voluero tripudiare? Cu eni homo infirmatur, induo me anima eius velut vestimento decoris, & sic in iucunditate cordis mei assisto patri meo gratias agens & laudas pro oibus penis, quas sustinet homo ille, & adiecit. Quicunq; desiderat, vt eius anima me vestiã, mane cum surgit, ad me toto, quo potest corde, suspiret desiderans, vt oia opa sua die illa in eo operet, sicq; per gemitum me sibi intrahens, erit vestis mea. Et sicut corpus viuit & regitur ex anima, sic anima ex me vitens omnia p me opatur. Dixitq; iterum dominus. Magni effectus sunt gemitus, ita vt nũq; homo ad deũ igemiscat, qn ei pximior, q̃ aũte, fiat. Gemitus eni, q ex amore aut desiderio mei siue gratie mee puenit, tria in anima operat bona. Primo aiam fortificat, sicut bonus & suauis odor, qui hominem reficit & cõfortat. Secundo ipsam illuminat, sicut sol domum antea tenebrosam, Terrio eam dulcificat.

P.

cat, vt omne qđ agit, siue patitur, magis sibi fa-
piat. Gemitus vero, qđ ex cōtitiōe puenit, ve-
lut bōus legatus, deo aliam recōciliat, grām reo
spetrat, & cōsciētā turbatā: sctenat. Tūc illa itra
se cogitabat, quō fieri posset, qđ dicit, peccator
quacūq; hora ingemiscit &c. cū adhuc tā ho-
minē peccata sua cōfiteri oporteat, nisi vera ne-
cessitas cōfessionē excludat. Ad qđ dñs respōdit.
Cum aliquis pro reo intercedit, nō tamē seruis
ille statim ante faciē dñi sui presumit accedere; ni-
si prius a sordibus se emūdet & vestibus seruis
dis iduat, sic peccator licet etiā ī grām susceptū
deoret tamen eum sordes suas detegere & deo
virtutum se vestire.

Item de eodem.

c 17
Alia quoq; vice pro quadam orabat scire
cupiēte, qđ deus ab ea maxime vellet, p
qua tale responsum audiuit. Ipsa inquit
se habeat ad me, sicut puer, qui tenere patrē su-
um diligit, & semp ad ipsum, vt aliqd sibi det,
recurrit, cui quicquid pater dederit ex affectu;
quō ipsum p magno & charo habeat, sic & il-
la semper ad gratiam meam anhelet, & oīa que
sibi dederō, nūq; parua reputet, sed ex amore cū
magna gratitudine suscipiēs, pro singulis gra-
tias agat. Secundo habeat se, sicut sponsa, que
nec pro diuitiis aut pulchritudine, aut nobili-
tate, sed ex amore solo eligitur & adamatur &
ad regnum decoris promouetur. Hec sponsa si

deior & amplius amās inre invenitur, & siquid
propter ipsum sustinere oportuerit, maiori pa-
tientiā supportabit. Sic & illa semp̄ i gratitudine
memoretur, quā gratuito eā elegi ante mundi
cōstitutionē, q̄ caro pretio mei sanguinis eā
redemi. Insuper ad sp̄ialem amorē & familiari-
tatē meā vocam. Tertio, sicut amicus ad am-
icum, qui omnia, que amici sui sunt, ad se perti-
nere putat, sic & ipsa in omnibus dei gloriam
querat, & iquātū potest, promoueat, & que cō-
tra deum sunt, equo animo nullo modo fieri pa-
riatur. In omnibus autem his, si quando aliqd
occurrit, que desideravit, non consequitur, aut
gratia affucta sine consolatio divina sibi subtra-
hitur, non continuo contristetur, nec pro indi-
gatione fieri aliqua, aut se a deo derelictā esti-
met, q̄a fidelis pater nequaquā filio si ea petit,
qua sibi non cōveniunt, tribuit. Et sp̄sus quan-
doq̄ serm̄ sponsae exhibet nō ex indignatiōe, sed
p̄ eius iſtructione, sic & deus aīe fidelitatē cupit
experiri, nō ut ipse non sciat, sed ut eam coram
oībus sanctis cōmēdabilē reddat.

Item de eodem.

Item de alia dominus ait. Tribus modis se
ad me habeat inter homines. Habeat se ad
me sicut carellus, qui ex fidelitate sua, et-
iam seip̄s expulsus, iterum dominum suum se-
quitur, sic & ipsa cum inter homines, aliquan-
do ledunt verbo, nō statim per impatientiam

P ii

effugerit. Quod si quādoq; acciderit, mox per penitentiā redeat, confidens de mea misericordia, q; etiā per vnicū gemitū, oīa ei remittā. In choro & in oratione habeat se ad me, sicut spōsa ad sponsum p amorē & dulcē familiaritatis exhibitionē. Cū vero est cōmunicatura, habeat se sicut regina ad regē suū. Regina enī in cōuivio sui regis liberalis est, largitur dona & elemosinas etogat. Sic ipsa bona sui regis sibi donata oībus indigentibus liberaliter tribuat, & suis orationibus subueniat.

Dulcis consolatio ad quandam.

Item orabat pro vna ad dñm dicēs. Dulcissimi me deus, oro vt in extremis eius des illi pre gustationē eterne vite. s. securitatem nunq; a te separādi. Ad quā dñs. Quis nauta, q; bona sua cū pace ad portum euenisset, spōte in mare pueret? sic aīam eius, quā ab infantia in religionis proposito elegi, cuius manum dexteram tenui & in voluntate mea deduxi eam, cum secundum placitum meum perfectio, etiam eam cum gloria mihi assumam.

De tribus viis domini.

Cvm pro quodā tribulato oraret, hoc a dño respōsum accepit. Tres vias in hoc mūdo ambulauit, p quas qcunq; me perfecte imitari voluerit, seq; oportebit. Prima erat arida & angusta. Secūda florida & fructiferis arboribus cōsita. Tertia spinis & tribulis erat ple-

na. Prima itaq; via est volūtaria paupertas, quā
oībus diebus vite mee ī summo tenui & dilexi.
Secūda ē virtuosa & laudabilis cōuersatio mea.
Tertia dura & aspera passio mea. Itaq; oīs qui
me seq; voluerit, oportet, vt paupertatē ample
ctens, nihil in hoc mundo cupiat possidere. Se
cundo cōuersationem laudabilem teneat. Ter
tio penas & tribulationes pro meo amore libe
ter sustineat.

Qualiter homo ad deum cōfugiat.

Alia vice vidit se corā dño stantem & eius
vulnera dulcissima salutantem. Vulne
ra autē eius circūposita erāt gēmis p̄cio
fis. Quod cū illa miraretur, dñs ad eā ait. Sicut
gēme magnas in se habēt vires, vt etiā quedā
hoīum expellāt infirmitates, sic vulnera mea tā
tefficacie sunt, q̄ oēs aīe depellunt langores.
Sunt enī qdam tā pauida habentes corda, qđ
numq̄ de mea confidere audēt pietate, sed pre ti
more a facie mea fugere cupiētes, de q̄bus dici
potest, q̄ tremulam paralyfim habeant, qui si
ad meā passionē fugerent & vulnera mea sepi
us dulciter salutarēt, oēm profus timorem ab
eis effugarent. Sunt etiā qdā vaga & instabilia
hīlites corda, cogitatiōibus vbiq; circūuolātes,
& p̄ vnicū qñq; verbū & ad iram sunt ad ipatiē
tiā labētes, q̄ si cordetinus passionē meā recol
rēt, & vulnera mea cordi suo īfigerēt, cordis ex
hec stabilitatē acquirerēt & patiētiā inuenirēt.

P iii

Item sunt quidam dormitantes paralyſim habētes, illi ſ. q̄ oīa pigre & tepide faciūt. Hi etiā ſi meam deuote recolerēt paſſionē, attendētes vulnēra mea, q̄ profunde & quāto dolore ſixa ſunt mihi; ab oī eos torpore excitarent.

De virtute lachrymanū.

Alia vicecū pro quadā oraret, vidit amantem eius in dei corde velut infantulum ſtare, & cor dei in manibus ſuis tenere; & ait dñs. Sic in omni tribulationē ſua ad me veniat, & ſe ad cor meū diuinū teneat, querēs ibidem ſolūmodo cōſolari, tūc eam in eternū non derelinquā. Er dices ei? q̄ lachrymas aliquando inutiliter effuſas lachrymis meis apponat; dolens q̄ pro peccatoribus & ex amore eas nō effuderit, tūc eas lachrymis meis vntas p̄ſentabo. Er q̄ ego humilis fui & obediēs, ſtudeat humiliter omni ſe ſubiicere creature, & ſic optimū fuerit vſq; ad mortem obedire. Hec talis virtus ex vniōe motus virtutis nobilior erit q̄ mille virtutes, q̄ tali intentione non ſunt peracte.

De eodem.

Quedam p̄ſona plurimū grauabatur p̄to, qd̄ a lachrymis ex quadā infirmitate ſe tēperare neq̄bat, p̄ quadā hec oraret, ait ei dominus. Dic ſibi, vt roget me quatenus p̄pter meā bōitatem oēs illas lachrymas, quas effudit, cōputem, ac ſi ea ex amore dē.

poriōe & cōtritiōe peccatorū effuderit, & si quā
tū mihi & bonitati mee crediderit, in tāntū in ea
cōplebo. O mira & stupēda diuine pietatis di
gnatio, qua tā liberaliter p tales tātalq; cōsola
tiones dignatur miseris subuenire. Quisq; hec
legis vel audis tales. s. cōsolatiōes, cōsulo tibi, vt
etiā tibi vsurpes, q̄a & hoc deus reuelauit tibi
multū complacere sibi, si qd̄ vni faceret, hoc al
ter sibi factum siue faciēdum vendicaret. Item
cum pro alia oraret, hoc respōsum accepit. Ego
eam sine intermissione subsequor, & cum per
penitētiā seu desiderium vel amorē ad me re
uertitur, ineffabiliter gaudeo. Debitori enī ma
ius gaudium nullus facit, q̄ qui ei thesaurum,
quo se soluat, tribuit. Ego vero me quodam mo
do patri meo debitorem feci, cum pro hominis
culpa me satisfacere spopōdi, ideoq; nil deside
rabilius & iucūdius mihi reputo, q̄ vt homo p
penitētiā & amorē ad me reuertatur. Itē cū ora
ret pro quadā p̄sona, q̄ pro tepore & leuitate se
pius corpus domini dimittebat. Vidit eam co
rā dño stantem & sibi dicentē. Charissima mea
cur fugis me? Accede fiducialiter ad patris oī
potentiā ad confortandum te, ad filii sapienti
am ad illuminandum te, ad spiritus sancti be
nignitatem ad dulcificandum te. Et cū quedā
nimis contristaretur, compatiēs ei deuote ora
bat pro ea, quatenus pius dominus p spiritus
sancti cōsolationem ipsi dignaretur subuenire.

c 22 Ad quā dñs, & cur turbat Ego creati eā mihi;
& dedi me sibi ad oīa, que requirit a me. Ego si-
bi pater in creatione. Ego mater in redēptione.
Ego frater in regni diuisione. Ego soror in dul-
ci societate. Item cū quedam ab alia cōtristata
ipsi turbationē suā idicasset, pro ea dñm inter-
pellabat. Cui dominus. Dic illi, vt det mihi su-
os inimicos, & ego dabo illi me ipsm cū omni-
bus sanctis in eternā mercedē.

c 23 Quod deus suscipit volūtatē pro facto.

ORante etiā ea pro quodā contristato, di-
xit ei dominus. Siquis ita tristatur, vt sibi
videatur, q̄ libentius moreretur, q̄ illā
perferret tristitiā, quotiēs mihi illud grauamen
obtulerit, proponens in eo de cetero velle du-
rare, toriens oblationem illam suscipiam, ac si
pro me passus sit.

c 24 Quod deus desiderat cōverti peccatorē.

Item cū oraret pro quodā afflicto, quē scie-
bat esse in statu nō bono, idignatiōe aduer-
sus eū mouebatur, eo q̄ sepius hominē il-
lū salutaribus corripuerat verbis. Sed ille adhuc
quasi icorrigibilis pmanebat. Tunc ait illi dñs.
Eia cōdole mihi, & ora p miseris peccatoribus,
quos tā caro emi p̄cio & tātope ad me cōverti
cupio. Alia quoq; vice dixit ad eam dominus.
Nulla res me delectat, vt cor hominis, quo tā
raissime vtor, omnibus enim bonis supabun-

do, excepto hominis corde, quo sepiissime frustror.
Orante et aliquando, vidit dominum in veste sanguinea, sic dicente. Sicut humanitas mea tota cruore perfusa ineffabili amore se deo patri hostiam ara crucis obtulit, sic adhuc eodem amoris affectu, adsisto deo patri celesti per precibus, omnia genera passionis mee representas, & hoc maxime desiderabile mihi est, ut peccator per veram penitentiam ad me conuertatur. Alia vice cum offerret deo quinq; millia, & cccclx. pater noster, per litteras a congregatione in unione sanctissimorum vulnerum christi, apparuit ei dominus expansis manibus & omnibus vulneribus apertis dicens ad eam. Cum pederem in cruce, omnia vulnera mea patebant, & singula voce ad dei patrem emittentia, per hominis salute interpellabant & sic utique hodie clamore quodam dei precibus interpellant peccatori. Et hoc dico tibi, quod nunquam medicus adeo potuit letificari accipiendo elemosynam quam importunis clamoribus acquirit, sicut ego exultans suscipio, offensionem, quam mihi in honore vulnerum meorum exhibetur, & hoc dico tibi quod hec offensa nunquam per aliquo devote & interite legi poterit, quin ei obtineat statum salutis. Tunc illa. Mi domine, & que est intentio in qua tibi vis legi? Qui respondit, Ut homo non solum ore sed etiam corde verba intente proferat, & saltem post quinq; pater noster mihi commendet. Inspiratusque enim diuinitus

25

etiam hic versus, qui ad quinque, pater noster igitur debet.

Oratio.

Domine Iesu christe filii dei viui suscipe hanc orationem in amore illo, superexcellenti in quo omnia vulnera tui sanctissimi corporis sustinisti & mei miserere & omnibus peccatoribus, cum etiam quod fidelibus tam viuis quam defunctis. Dixitque iterum dominus. Peccator quousque in peccatis est, me velut in cruce distentum vinculat, sed mox cum per penitentiam ad me conuertitur, continuo me absoluit. Et ego cum gratia mea & misericordia de cruce solutus, totus super eum ruo, sicut olim supra Ioseph, cum me de cruce solueret, cecidi, meque ipsum totum in pietate eius do, ut de me omnia, que voluerit, facere possit. Quod si in peccatis usque ad mortem perseuerauerit, iustitia mea super eum potestatem habebit, que tunc eum secundum quod meruit iudicabit.

Quod paratus sit deus recipere penitentem.

Laborans aliquandiu graui capitis dolore, cum die quadam inter missarum sollempnia ipsam dolorem circa oblationem hostie, cum eadem hostia sacrosancta domino in laudem eternam offerret, protinus apparuit ei dominus, tenens in manibus suis delicatis circuli quendam ligni aridi, circa quem rosas pulcherrimas conuertere uidebatur, & dum illa miraretur de hoc, audiuit dominum dicentem. Per illud intelligas designari, quod nullus unquam peccatoris cor

ex peccati rubeagine adeo aruit, si aliquē dolorem
vel infirmitatē corporis, quāuis etiā parū per-
tulit tali intentione, qđ per amorē & laudē no-
minis mei maiore libenter sustinere proponeret
dolorē, si mihi cōplaceret, quin ipsa hora ex tali
deliberatione teurefcat, ac gratiē mee diuine ex
tunc iā capax efficiatur. Itē dico tibi, qđ nullus
peccator adeo magnus, si vere penituerit, quin
ipsa hora illi oīa peccā sua plene dimittā, ac cum
tāta clementia & dulcedine cor meū super eū re-
clino, ac si nunq̄ peccasset. Tūc illa si ita est, quid
est dulcissime deus, qđ miser homo hoc minime
sentit? Cui dñs. Ex eo est qđ interiorē peccati gu-
stū nondū amittit. Verbi grā. Si homo post pe-
nitentiam tam fortiter vitius resisteret, vt om-
nem peccati gustum & delectationem penitus
extirparet, proculdubio spiritus diuini suauita-
tem sentiret. O vere altitudo inscrutabilis sa-
pientie & misericordie tue dulcissime deus, qui
tam miris & multis modis attrahere tibi cona-
ris cor peccatoris, vt nullus ei iā detur locus de-
sperationis, quam tanta subsequitur clementia
patēne renouationis.

Hec etiā matrone seculari scripsit.

Charissima mihi in xpo filia, amator ani-
me tue tenet manum tuam in dextera
sua, rangens digitis suis singulos digito-
rum tuorum, vt inde tibi ostendatur quasi in

aia tua operetur, & qualiter eum sequi debeas eius
exempla imitando. Extremus digitus eius signifi-
cat humilimam conversationem ipsius, qua venit in
terram non ministrari, sed ministrare & omni subiici crea-
ture. Ad hunc digitum est tuum apponas. id est quoniam super-
bia insularis, recolle humilitatem & subiectionis dei
tui, oras ut propius humilitatem omnem deuncas su-
perbiam & propriam voluntatem, que provenit ex pravo
amore, quo se ipsum diligit homo. Per anularum signifi-
cat cordis eius fidelitas, qua sollicitus curam nostram
velut mater fidelissima gerit, tollens onera & grava-
mina nostra ineffabili cordis sui fidelitate protegens
nos a cunctis malis. Ad hunc est digitum tuum con-
iungas, agnoscendo quam infidelitatem tam pre dulcis-
simo & fidelissimo amatori tuo exhibueris, don-
gas ab eo aiam tuam, quam sibi in laudem & amorem
creavit, ut eo solo in eternis perfrueretur deliciis,
quam raro & quam tepide eius memoreris. Eius me-
dius significat eternum altissimum nostrum amorem eius,
qui cum tam mirabiliter & tam efficaciter anime inclinatur, nec
eius cor quiescere sinit, donec se totum anime infun-
dat, velut aqua effluens cum impetu & querens in quod se
transfundat. Ad hunc digitum est tuum apponas. id
est tuam voluntatem, videlicet si cum omni hora non potes
amare, da voluntatem pro facto; ita quod si omnium sanctorum
omniumque creaturarum amorem habere posses, in ip-
sum solum dirigere velles. Index eius significat mi-
rabile & inscrutabile divine providentie ordinationem

qua oīa hoī futura misericorditer preuidet, & cō-
 demiat, quāta sapiētia & dignatione cō reuocat,
 quādoq; p̄sp̄eris quādoq; aduersis. Huic digito
 libēter tuū apponas. i. ita vt oīno ei credas, qđ
 oīa, que tibi euenerint siue leta siue tristia, ex tā-
 to amore eius & ad tātā vtilitatē tuā pueniant,
 vt nil aliud tibi aut aliter euenire velles, & ideo
 pro singulis ei laudes & ḡfas agas. Pollex eius si-
 gnificat dīnā eius oīpotētā & potētē sine patre-
 ne benignitatis p̄tectionē, qua resistit & cōpri-
 mit oīa fideli aīe aduersantia, nisi quātū ad eius
 sc̄ificationē & virtutū exercitacionē aliqua eue-
 nire permittit. Ad hunc quoq; digitū ēt tuū cō-
 iungas, videlicet vt ēt tu fortis sis ī virtutū exer-
 citacione, & vniū vitis resistas, nō diffidens de
 dei misericordia, si te permittit in aliquo tribu-
 lari, aut si tibi siue ḡse subtrahit reuelationē.

Item de eodem.

O Fidelis & deū diligēs aīa, cōsidera diligē-
 ter & amāter legē, quā tibi īperialis iu-
 uēculus yhs paternē benignitatis filius
 dedit cū te ī sp̄sām elegit, seq; tibi ī sp̄sūm deli-
 tiosūm donauit ex se ipso & p se ipsum nuptias
 illas felices peragēdo. In die igitur tāte sollemnita-
 tis & letitiae cordis eius, vestiuit se ob tui amorē
 veste rosei coloris, quā amor ī sui cordis sangui-
 ne colorauit. Sertū ēt rose & liliī capiti suo īpo-
 suit circūpositū vndiq; nobilissimis margaritis
 p̄ciosi. s. sanguis sui guttis. Cyrothecas ēt in

manibus tam bene perforatas habuit, vt nihil oīno retinere posset, quin omnia tibi traderet, qui tot annis mundo absconderat. Nobilis chorus eius dura crux erat, quam tam gaudenter & tā ardenti amore insiliit, qđ nūq̄ sponsus in lecto eburneo aut serico tātum est delectatus. In hoc amoris lectulo, te adhuc expectat, inestimabili estuās desiderio, donec amplexibus tuis perfruat. Quod si nunc eius esse volueris sponsa, oportet vt omni profus delectationi abrenuncies & ad ipsum lectulum doloris & cōtumelie accedas, cōiungens te lateri eius vulnerato. Cōsidera diligenter, quale & quā preciosum pignus tibi posuit, cum predulce cor eius diuinitatis gazofilatium tibi aperuit, propinans tibi inde preclarum amoris poculū, qđ sanat oēs anime tue lāgores. Hoc prenobile pignus, īpreciable ponderis est, quia oīs gratie oīs virtutis, omnis qđ boni est cōtentiū, hoc inq̄ pignus tibi auferre nō vult, quia per hoc fidē suā confirmauit. Sicut rex qui sponsam suā nondū perduxit in domum suā, urbē aut ciuitatē aliquā diuitis plenā, amicis suis ī pignus exponit, sic spōsus amantortuus deo patri preciosissimā domū, diuinitatē suā ī pignus dedit, qđ te spōsam suā nūq̄ deserere velit, offerēs etiā quotidie illud ī altari pro te ī exhibitionē amoris, quo te ab eterno preuenit. Ergo eterni patris filia eiusq̄ vnici & eterni filii sponsa prelecta, amicaq̄ spiritus sancti & requies desiderata, dilige tā precordiale dile

Cū a quo dilecta es, qui & totus amor est. Etsi
fiddis ei, q̄ ipsa fidditas est. Et cū aliqd molestie
occurrat, suscipe illud, ac si vinctus aureum sit
qd̄ deus ipse imposuerit tibi, quo te ad filiū suū
trahat amorē. Tu autē statim quasi cōsentiens
ad tractum illum te totum cleua & cor tuum vt
magis trahatur per gratitudinē & patientiam
habilita, diligēter attēdens, quam deus per hoc
velit in anima tua operari salutem, considera
etiā quid desit tibi in virtutibus, qd̄ si indiges
hūilitate aut alia virtute, exclude tibi clauē amo
ris preciosissimū omnium virtutū scrinium cor
Christi d̄minum, orans dominum virtutum,
vt virtutes suas nobiles tibi det ī auxilium, quib
bus omne derincas vitiorum temptamentum.
Quod si latrunculi malarum cogitationum tibi
aduenerint, recurre ad armarium, assumens
inde preclara arma .i. domini tui passionem &
mortem, quem valide per iugem memori
am cordi tuo infigas, vt omnis inde cogitatio
nam turba aduihilata fugatur. Cum vero de
sperantē cogitationes te īpugnāt, curre ad scri
nium inexhauste pietatis, que nullum vult pe
rire, sed ad agnitionem & amorem veritatis ve
nire, exceptis his, qui sponte eligunt damnari,
recolens qd̄ deus paratior est hominē suscipere
q̄ ipse venire, & hoc maxime desiderat, vt ho
mo talem se exhibeat, vt gratiā sine intermissione

illi infundere valeat & quelibet bona in eo semper augmentet.

Item eidem de eodem Matrone.

c 29

A Mator hominum dominus ysis desiderio desiderat animam sibi uniri, specialiter illam, que vult ab eo consolari, eiusque delicias cupit experiri, ut omnem consolationem, siue delectationem creaturam abiciat, que ipsam ad dei amorem non allicit aut compellit. Cum enim homo aliquid habet, quod diligit aut in quo delectatur, cogitet apud se, quia hoc deus illi donavit, ut ad suum ex hoc amorem promoveatur. Quod si sentit se in dei amore ex hoc non proficere, sed illud quod diligit, sepius cordi suo, quam deum advenire, debet illud amovere, siue homo sit, siue alia creatura, si dei familiaritate non vult carere, quia delicata valde est, nec omnino patitur supra se aut esse secum aliquid haberi. Ipse enim paterne charitatis filius solus vult esse amatissimus & intimus cordi tuo quam Deus cor suum dominum donavit anime, ut ipsa cor suum vicissim illi donet. Quod si gratanter & fidentialiter fecerit, ipsum potentia sua sic continet, ut homo ille nunquam ad magnum valeat declinare peccatum. id est cordis dei studiosus sit confidendo attentius, quod sibi maxime complacet, & cum tristatur statim ad thesaurum sibi commissum fidei confugiat querens ibidem consolari. Quod si divina disponere sapientia non consolatur, nihilominus deus ex toto corde gratias agendo laudet, quod multum in anima fidei complacet, quam non sua, sed quam ihesu, sunt, querit.

De trina

